BAPTISTÆ CODRONCHI

PHILOSOPHI, AC MEDICI Imolensis,

DE MORBIS VENEFICIS, Ac Veneficijs.

LIBRI QVATTVOR,

In quibus non solum certis rationibus venesicia dari demonstratur sed eorum Species, Caußæ, Signa, & Effectus noua methodo aperiuntur. Postremo de eorum Curatione, ac præseruatione exactè tractatur, veraque, noua, & experta remedia proponuntur.

Qđ opus alias editũ nuperrimè fuit ab Auctore emẽdatũ, ac multis, vtilibusq; rebus auctũ.

Cum duplici Indice, alter capitum, alter rerum notabilium.

MEDIOLANI, Apud Io. Bapt. Bidelliũ. 1618.
Superiorum permissu.

~~7440 c 735~~
A. 139491
BK.

Imprimatur
Fr. Hippol. Maria Zocha S. Theol. Lect. Vic. Rosæ Commiss. S. Off. Mediolani.
Gul. Vid. Theol. S. Nazarij pro Illustriss. D. Card. Archiep.
Vidit Saccus pro Excellentissimo Senatu.

LVDOVICO SEPTALIO VIRO CLARISS.

IO. BAPTISTA BIDELLIVS S.

IOannis Baptistæ Codronchij Viri, vt tu mihi sæpe testatus es Ludouice Septali Vir Clarissime, optimè de re medica meriti, vtilissimam cuicunq; Litteratorum generi tractationem de Morbis Veneficis typis mandaturo, occurrebat animo, cuinam potissimum, hac arrepta occasione, illam nempe de more dedicando, grati animi obseruantiæ, deuotionique debitum indicium præmeferrem. Non deerant, qui præ multitudine beneficiorum in me collatorum

~~7440 C735~~
A.139491
BK

Imprimatur

Fr. Hippol. Maria Zocha S. Theol. Lect. Vic. Rosæ Commiss. S. Off. Mediolani.

Gul. Vid. Theol. S. Nazarij pro Illustriss. D. Card. Archiep.

Vidit Saccus pro Excellentissimo Senatu.

LVDOVICO SEPTALIO VIRO CLARISS.

IO. BAPTISTA BIDELLIVS S.

IOannis Baptistæ Codronchij Viri, vt tu mihi sæpe testatus es Ludouice Septali Vir Clarissime, optimè de re medica meriti, vtilissimam cuicunq; Litteratorum generi tractationem de Morbis Veneficis typis mandaturo, occurrebat animo, cuinam potissimum, hac arrepta occasione, illam nempe de more dedicando, grati animi obseruantiæ, deuotionique debitum indicium præmeferrem. Non deerant, qui præ multitudine beneficiorum in me collatorum

apud me maximi essent faciendi. Non deerant, qui dignitatum splendore fulciti, possent suo nitore laborem hunc meum quamuis paruulum illustrare. Non deniq; deerant, qui Medicinæ scientiam profitentes, munusculum hoc meum essent æquo animo amplexuri. Defuisset facilè tamen, in quo hæc omnia simul reperire potuissem, nisi ille tu mihi occurrisses, qui in conferendis beneficijs cæteros omnes facile superasti; Qui dignitate in re Medica tanquam Coryphæus eluces, Quē denique continuo nouarum in scientijs (potissimum re Medica) considerationum flagrantem desiderio, munusculum hoc meum læto hilarique animo accepturum certo mihi suadebam. Hæc igitur illa fuere, quæ me ad hoc opus insigni tuo nomine illustrandum impellere potuere. Sed vt verum tibi fatear, non minus

etiam

etiam posuit vtilitatis propriȩ commune desiderium: Videbam enim hac via multorum in me amorem, quo nihil iucundius, nihilq; vtilius repetiri posse censeo, conuersurum. Si enim docente Peripateticorum Principe, amor excitatur in illos, qui amant, quos nos amamus, & in amatos ab ipsis, quos nos amamus, cum tu ob tuas illas singulares virtutes ab ijs etiam, qui nunquam te viderunt ameris & diligaris, vbi tui amans hoc meo deuotionis indicio patefiam, à teque munus hoc haudquaquam aspernante amatus esse cognoscar, necessario multorum virtute preditorum te singulariter amantium amorem in me etiam concitabo. Vtilitatis igitur meæ cupidus me à te amatum patefacere ne desistas, meq; tibi iã dico deuictissimus ne obliuiscaris & Vale. Mediol.

INDEX CAPITVM
LIBRI PRIMI

De morbis veneficis, ac veneficijs.

Veneficia, & veneficos morbos esse, ex Sacris litteris, sanctaq; Ecclesia probatur. cap. 1. pag. 1.
Ex Concilijs, iuribus canonicis constitutionibus Pontificijs maleficia probantur. cap. 2. 6.
Sanctos Doctores, Theologos, ac Summistas, esse veneficia concedere. cap. 3. 10
Iura Cæsarea satis superque veneficia probari. cap. 4. 13
Ex Platone Platonicisq; veneficia dęmonesque esse. cap. 5. 15
Aristotelem ac Peripateticos cognouisse dæmones & eorum maleficia, ex eorum tamen principijs minimè probari posse. ca. 6. 19
Medicos fateri maleficia, morbosq; maleficos cap. 7. 25
Veneficorum operationes ac scelera satis ex Historijs patefieri. cap. 8. 40
Opera nefanda veneficarum ex Poetis patefieri. cap. 9. 45
Authoritate variè scribentium veritas hæc magis tuetur. cap. 10. 47
Ex communis gentium populorumq; voce

& ex

& ex iudicij Inquiſitorem, vera iſta eſſe deprehenditur. cap. 11. 51

Secundi libri.

Quid ſit veneficium ex aliorum ſententia explicatur, & imaginationem illius non eſſe cauſam probatur. cap. 1. 55
Maleficia per viſum inferri confutatur, & ſingulorum, quæ ab oculorum radijs fieri iudicantur, vera cauſa redditur. cap. 2. 62
Ex tactu veneficia fieri non poſſe, probatur. cap. 3. 74
Nullum hominem ex proprietate naturæ veneficio afficere poſſe, ſed ex peculiarij nequitia à demone adiuta proficiſci. c. 4. 81
Voces ac verba ſua natura veneficiorum cauſam eſſe non poſſunt, ſed ſigna & pacta tantum dæmonum. cap. 5. 86
Cœli ſiderumq́; obſeruatione, ac eorum fauore veneficia vim ſuam non ſortiuntur. ca. 6. 91
Intelligentias cœleſtes maleficiorum non eſſe authores. cap. 7. 99
Occulta indicare, ac futura prædicare, ad nocturnos conuentus deferri, alieno, ſermone loqui non ratione melancholiæ, vaporum terræ, vel in ſomnis fieri, ſed arte dæmonum. cap. 8. 200

Tertij libri.

Veneficij recta definitio traditur. cap. 1. 112
Veneficorum morborum cauſæ indagantur: inſtru-

instrumenta maleficorum nihil agere in ægrotantes: characteresque ac imagines nullam vim à cęlo sortiri probatur, & ea quæ ab ægrotantibus euomuntur, vel deii ciuntur, vt claui, naturalia esse, & non ficti tia patefit. cap. 2. 114

Plures fœminas quam masculos, veneficis ar tibus esse imbutas: & quibus nominib. insignite fuerint, de eorumq; ratione fit manifestum. cap. 3. 1.6

De pactis tam expressis, quam tacitis quæ cum dæmone malefici contrahunt, ac de modo profitendi in eorum secta. cap. 4. 130

Veneris impotentiam, matrimonio coniunctis potissimum, sterilitatemq; inferre genitalia præstigiosè auferre, abortus facere lac exiccare, vrinæq; retentionem facere veneficos posse. cap. 5. 136

Amorem effrænatum, ac odium intestinum demones per se aut per veneficos inducere, & homines sua vi demen tare posse. cap. 6. 142

Maleficos ope dæmonum se ipsos vel alios in apparentem aut immaginatam brutorum aut aliarum rerum figuram mutare; dęmonesq; corpora assumere posse hominum brutorum, aliarumque rerum formas effingentia. cap. 7. 147

Veneficarum aliquas per mentis excessum cognoscere ac scire omnia quæ in conuentu sathanico fiunt: Alias vero corporaliter

ter

ter deferri ad eos, reuera, probatur. cap. 8. 154
Ex veneficio dæmones immitti in corpore posse, & quibus de causis: & quomodo in ipsis inhabitent. cap. 9. 166
Dæmones per incubum & succubum venerea cum hominibus tractare, sobolem procreare quibusdam fictis corporibus, & qua ratione differat morbus incubus, ab incubo dæmone. cap. 10. 169
Aliquos arte dæmonum thesauros, furta ac amissa indicare, præterita ac futura prædicere, & agenda an bona vel mala sint, dicere. cap. 11. 176
Pluuiam, grandinem, tonitrua ac fulmina veneficos posse concitare, alienas fruges pessum dare, vel aliò transferre, sagittis quoscunque velint interimere, seipsos inuulnerabiles reddere, vel arma inuicta facere, sibique & alijs carceribus coniectis taciturnitatem imperare. cap. 12. 177
Quibus signis veneficio affecti ac dæmoniaci dignoscantur. cap. 13. 182
Quinam sint qui veneficijs sunt magis obnoxii, & quibus malefici obesse non possint cap. 14. 191

Quarti libri.

De præseruatione à morbis veneficis pro qua remedia superstitiosa reijciuntur; & vera Christianaque proponuntur. cap. 1. 196
De curatione morborum veneficorum, ac venefi-

veneficiorum,& primo de magica. cap. 2. 201.
De curatione diuina cap. 3. 214
De vomitu ac vomitorijs. cap. 4. 223
De balneo. cap. 5 233
De suffumigijs. cap. 6. 237
De linimentis ac olei vsu. cap. 7. 239
De Simplicibus ac nonnullis compositis medicamentis sua facultate veneficia curantibus ac dæmones expellentibus, quorum medicamentorum manifestæ etiam qualitates explicantur. cap. 8. 240
Quomodo res naturales ac sensibiles agere possit in spiritus malos. cap. 9. 244
De cura sterilitatis ac coeundi impotentiæ ex maleficio. cap. 10. 246

FINIS.

In Libros
DE MORBIS VENEFICIS Ac Veneficijs.
BAPTISTÆ CODRONCHI Medici.

PRAEFATIO.

VEnefici homines ità proprijs affectionibus sunt obcæcati, tantaque improbitate, & immanitate præditi, adeoque principi tenebrarum se obstrinxerunt; vt nullum sit facinus nullum malum, scelusve, quod non audeant aggredi, ac perpetrare: Ideò in rationalem creaturam non solum sæuiunt multis modis, verumetiā brutis ipsis graues læsiones, necnon necem ipsam inferunt, & externis hominis bonis exitium parant, elementaque ipsa concutiunt. Quis enim eorum omnia flagitia, inuentaque satbanica, & quam grauia, turpia, ac truculenta sint, verbis explicare posset? Hominum enim mentes commouent, cogunt-

que vt plurimum vehementibus animi motibus succumbere, ad amores improbos, odia intestina, coitusque vetitos prouocant, terrore, & alijs huiuscemodi animi vexationibus turbant, varios, grauesque morbos cognitu, ac curatu difficillimos inferunt, apoplexiam nempè, epilepsiam, stuporem, paralysim, conuulsionem, melancholiam, variaque deliramenta, dementiam, taciturnitatem, surditatem, cæcitatem, dentium stridorem, atrophiam, seu totius corporis emaciationẽ, virium imbecillitatem, cum languore summo, febres varias, lepram, ac multos alios, qui fortassè adhuc medicos latent: aliquos, vt cum sola vxore non exerceant amplexus licitos probibẽt, nonnullos alios concubitus impotentes omninò reddunt, sterilitatẽ inducunt, fœtus in vtero matris interimunt, nec non abortus, ac pariendi difficultatem faciunt, lac ex vberibus exterminãt, sanguinem ab infantibus adhuc in cunis degentibus exugunt, ac eliciunt; dæmones suis precibus quandoque homines arripere faciunt, tandemque sola verborum vi, vel prauo eorum intuitu, mortem inferre profitentur: proborum quorundam virorum, ac mulierum de bona fama detrahere, ipsosque ignominiosos facere student, brutis nocent, aut enecando, vel lac, conceptusve extinguentes, rerum victui necessariarum penuriã inducunt, frugibus enim, arboribusq; noxij sunt, ventos, pluuias, turbines, grandines, tonitrua, terremotus, tenebras faciunt, fulminaque, & alias aeris perturbationes concitant, & ex congregatione rerum alibi existentium in eo varia phantas-

tasmata, spectra, idola, aues, pugnas confingũt. aeris, & aquæ puritatem corrumpunt, morbosq; immittunt: ventis imperant, atque fluuios ad tẽpus sistunt, fontes venis exiccatis durant, scopulos, et saxa nouis fontibus productis diluunt, aquas dirimunt, domos, & multas alias res igne absumunt, conuiuia ex veris cibis, vel phantastica exhibent. Nonnullis, qui pro grauioribus delictis in carcerem coniecti sunt, etiam grauissimis tormentis pro dicenda veritate, taciturnitatem inferre sciunt, vel etiam eos è carceribus, ac vinculis eripiunt, præstigijs, ac vana industria vrbes obsedione liberant, & expugnandas præbent, in prælijs victoriam consequuntur, ad dignitates, & honores promouent, sacrilegis excantationibus quorumcunque armorum aciem, & vim sic hebetare, & abolere norunt, vt nec ab eis vulnerari, vel quappiam alia ratione lædi possint, serpentes etiam, & animalia bruta ità fascinant, vt non solum stupidi, ac soporati videãtur, sed etiam disrumpi cogantur: Furibundi tauri per ipsos illicò mitescunt, canes latrantes acquiescunt, pollutiones in somnis procurant, morbos à seipsis, vel ab alijs illatos, vel spontè genitos per characteres, ignotaq; nomina, vel per alia veneficia curare profitẽtur: & animalia imperfecta, vt insecta, quæ ex putredine nascuntur, producunt mures, locustas, & alia noxia animalia ab agris pellunt, vel in eos si libet, immittunt, imagines conficere sciunt, à quibus responsa pro furtis detegendis, vel futuris prædicendis accipiũt, vel dæmones phiala, aut anulo, aut vngue inclu

sos

sos habere arbitrantur, quos alloquuntur, & quibus præcipiunt, vt sciant occultos thesauros pandere, futura nunciare alicuiusue scientiæ veritatem edocere, statuasq; faciunt, quæ ex se moueantur, vocesq; promant: multis præstigijs sensus nostros illudere sciunt, metamorphosesq; à Poetis decãtatas complures efficere, ac seipsos vel alios in luporum, vel felium, vel auium, aliorumq; similium animalium apparentem formam mutare. Tandem scelesti homines mancipantes se dæmonibus sacrum baptisma, cæteraq; Ecclesiæ sacramenta, ac demum Christum dominum nostrũ abnegant, Crucem Sanctam proterunt, malos spiritus colunt, priuatam vel solennem ante Sathanæ tribunal professionem emittunt, in eius fidem, clientelamq; se conferunt, corpus, & animã pro pignore obligant, supra quasdam paginas nigras, & incognitas sacrificia Sathanæ offerunt, nocturnis quibusdam conuentibus interesse, animos castarum virginum, aliarumque honestarum mulierum corrumpere, quandocunque oblata occasio fuerit, pollicentur; dæmonem, quem Martinetũ, vel alio nomine nuncupant, socium, vel custodem accipiunt, qui voluntati eorum morem gerat, & præsertim ad nocturnas conciones transferat, vel, si magis placet, efficit, vt in somno recumbentes super latus sinistrum, seu potius à sensibus abstracti, cærimonijs quibusdam adhibitis, sciãt, & experiantur ea, quæ in conuentu fiunt, ac si corpore interessent, in qua concione epulantur, choreas ducunt, genio indulgent, cum dæmonibusque rem veneream agentes, nunc specie masculi,

sculi,

sculi, modo fœminæ turpiter immiscent se. Quæ omnia, & alia similia quamuis vera sint, antiquus tamen naturæ humanæ hostis, somnia, ac aniles fabulas esse per ministros suos persuadere semper conatus est: inter multas enim, ac penè innumerabiles pro illius sagacitate, ac perspicacitate artes, quas habet, vt homines ad vltimum interitum pertrahat, & honores soli Deo debitos sibi præstent, nullam proculdubio peiorem, ac efficaciorem exercet artem, quam istam magicã, & veneficam, quam tamen tegere, & hominibus eam non profitentibus, vti vanam, ac commentitiam esse semper insinuare studuit, vt eam facilius, ac vberius illius assectæ in perniciem multorum tractare possint; ea propter scripsit Plato, hæc, & cætera huiusmodi, quo pacto natura se habeant, nec facilè sciri posse, nec, si quis sciat, alijs persuaderi. Quid igitur mirum, si plerique doctissimi medici veneficos morbos, cũ caussam extrinsecam cum procreantem, tum sanantẽ extrà naturam corporum possideant, ignorare cogantur, nec vllam opportunam medicinam adhibere possint? Cum autem mihi in multis, præcipuè in quadam filia mea, has affectiones obseruare contigerit, pro quarum cognitione, & curatione nonnulla obseruaui, ac didici, quæ non parum vtilitatis huic rei afferre posse viderentur, operæ precium me facturum putaui, si pro viribus, hac de re aliqua dicerem, quò occulta ista veneficorum facultas aperiretur, curationique veneficorum morborum facilior, ac latior pateret via: pro quibus disponendis ordinem doctrinæ seruare pro

po-

posui. Cum enim in re qualibet, quæ nostræ cognitioni subijcitur, in primis quæratur, an sit, deinde quid sit, primo loco nõnullis medijs veneficia, veneficosque morbos esse ostendam: deinde quid sint pro philosophorum sententia aperiam, quorum rationibus examinatis, ac reiectis, Theologorum vestigia sequutus, meam sententiam afferam: & quoniam mihi propositum est, non solum ostendere hos morbos esse, & quinam sint, verum etiam qua ratione curari possint, & audax, temerariusque sit ille, qui ex Arist. 2. Eth. nihil timet, & omnia sine discrimine aggreditur, vt hãc temeritatis notam euadam, antequam curationem proponam, operæ precium esse duxi, disserere, an huiuscemodi morbi possint curari, & qua ratione: Cum autem morbi nequaquam curari possint, nisi cognoscantur; ideo & signa proponam, quibus horum morborum aliqua notitia haberi possit, & singula Deo dante suis locis disponam.

HIERONYMVS MERCVRIALIS in Tom. 3. Consil. epistola ad Antonium Abbatium.

DVbium, quod mihi proponis de diuino apud Hippocratem: & vtrum veteribus medicis nota fuerit dæmonum natura, à plerisque Medicis absolutissimè tractatum esse scio, vt Io. Baptista Codronchus Imolensis amicus meus singularis, nuperrime quattuor libros de huiusmodi morbis maleficorum edidit, tam firma doctrina, & experientia plenos: vt posteris omnē ferè quicquam addendi occasionē dempserit. Eius viri non minus docti, quam sancti commentaria si perleges, non dubito, quin tibi magna ex parte satisfacturus.

Martinus Delrius Disquisitionum magicarum. Tom. 1. lib. 1. cap. 3. q. 1. Quare merito Astrologomagorum obseruationes à medicis peritis reijciuntur, & inter cæteros Baptista Codronchus de morb. ven. lib. 2. c. 6.

Tom. 2. lib. 3. q. 4. sect. 7. spiritus immitti in corpora ope maleficorum probare volēs ait, fatetur hoc fieri solitum Baptista Codronchus lib. 3. de mor. ven. cap. 7.

Tom. 2. lib. 3. p. 1 sec. 5. negant Auicenna, Galenus &c. morbos illos per dæmones mortalibus inferre posse, quos sequuti Pompo-

natius, & Leuinus &c. sanè Codronchus, Cisalpinus, & alij optimi medici contrà sentiunt.

Tom. 3. lib. 6. c. 2. sec. 1. q. 1. Notandũ, multa esse superstitiosa remedia de plumbo liquefacto, & de hac re Codronchus narrat historiam cuiusdam lib. 2. de morb. uen. c. 2. Delrius modum explorandi an sit maleficiũ, ait. de qua re tota verissime idem Baptista Cod. de mor. ven. ca. 13. ità pronunciauit. Vt modus superstitiosus &c. Postea idem iustissime conqueritur lib. 4. ca. 2. remedia multa magica in medicinam translata &c. credatur medico docto, ac pio (quantum ex libris eius colligo) in arte sua.

Tom. 3. li. 6. sec. 1. q. 3. plura Baptista Cod. cuius hæc sunt verba Vincentius Carrarius &c. sic ille lib. 1. de mor. venef. ca. 8. eo lubentius verba adscripsi, quod in ijs quædam notabilia sint primo &c.

Tom. 3. lib 6. c. 2. sec. 2. q. 3. §. 1. de remedijs naturalibus contra maleficia ait, assentior ijs, qui secundariam, & indirectam tantum tribuunt, quæ fuit sententia peritorum medicorum, & Theologorum Dionysij, Valerij, Codronchi &c.

Inferius postea pag. 164. postquam signa maleficij à Sacerdotali tradita transcripsit, subdit Verum ista, & alia longè exactius collecta, & experientia comprobata fuerunt à Baptista Codronco. lib. 3. de mor. ven. c. 13.

§.

§.3. ait, posteriorem partem, quæ est de remedijs naturalibus ab ijs petere cogor, quorum est professio medicos dico, inter quos primo loco occurrit Codronchus, qui quidem &c.

Neç dæmonum expulsio directè fit physica operatione in ipsum spiritum agente, & de hac re disputans Baptista Cod lib.4.c.9. eruditè explicauit; cuius summatim hæc est sententia &c. quibus quid addam non habeo, quæ adamussim tam dedolata, & exasciata sunt. Adscribam dumtaxat de frequẽtissimo nostris temporibus maleficio paucula eo quem paullo prius laudaui, Codronchio, qui de curatione sterilitatis &c.

Sec.3. q.3. de remedijs supranaturalibus diuinis, & ecclesiasticis ait: Hæc sapientiores medici, & catholicè sentientes approbant, vt Fernelius, C.Gemma, Codronchius, Cisalpinus &c.

AVCTORVM NOMINA; QVORVM FIde, & testimonio hoc opus conscriptum est.

A

Actuarius.
Aetius Amidens.
Aristoteles.
S. Augustinus.
Alexander Sextus.
Adrianus Sextus.
Archidiaconus.
S. Antoninus
Angelica summa.
Armilla summa.
Amonius.
Auicenna.
Algazel.
Alexander Trallianus.
Auctor libri de incãtatione etc.
Antonius Beneuentus.
Alexander Benedictus.
Alexander Massaria.
Alphonsus de Castro.
Apuleius.
Auerroes.
Agatarchides.
Acron.
S. Athanasius.
Aulus Gellius.
Antonius Musa.
Antyllus.
Aelianus.
Auctor libri medic. facile parabil.
Aræteus.
Andreas Cisalpinus.

B

Burchardus.
S. Bonauentura.
Beroaldus.
Bartholomeus Mõtagnana
Berosus.
Basilius Magnus.
Bartholomeus Medina.

C

Concilium Laodicęnum.
Conc. Carthaginense quartum.
Conc. Ancyranum.
Conc. Agathense.
Conc. Antisiodorense.
Conc. Parisiense.
Con. Mediolanense.
Caietanus.
Calcidius.
Constantinus Aphricanus
Cornelius Gemma.
Cæsar.
Cornelius Tacitus.
Cœlius Rhodiginus.
Claudius Gulliandus.
Cicero.
Cato.
Cornelius Celsus.
D. Cyprianus.
S. Clemens.
Canones sacri
Clopatra.
C. Manlius.

D

S. Dauid.
Durandus.
Dioscorides.
Dominicus Leonus.

S.

S. Dionysius.
Decemuirales tabulæ.
Dion. Cassius.

E

Ecclesiastica historia.
Eusebius.
Euripides.

F

Franciscus Vallesius.
Fracastorius.

G

D. Gratianus.
Galenus.
Gaspar Torella.
Gabriel Fallopius.
Gregorius Turronensis.
Guglielmus Parisiensis.
Gregorius Nazianzenus.

H

Hipppocrate.
S. Hieronymus.
Hostiensis.
Hieronymus Cardanus.
Historiæ Romanorum.
Hieronymus Menghus.
Henricus Institor
Homerus.
Hesiodus.
Herodotus.
Historiæ Boreales.
Horatius.
Hector Boethius.

I

Ireneus.
S. Isidorus.
Ioãnes Pontifex vigef. sec.
Innocentius Octauus.
Ioannes de Turrecremata.
Iuo Carnotensis.
D. Ioan. Chrisostomus.
Io. de Dasolis.
Io. Maioricensis.
Iustinianus Imperator.
Iamblicus.
S. Ioannes Euang.
Isaac medicus.
Io. Mesue.
Io. de Vigo.
Io. Langius.
Io. Fernelius.
Io. Nider.
Iacobus Sprenger.
Io. Budinus.
Iosephus.
Io. Bapt. Mantuanus.
Isogonus.
Io. Franciscus Picus Mirandul.
Io. Scotus.
S. Isaias.
Io. Itessels.
Io. Diaconus.
Io. de Rupecissa.
Inquisitorum Acta, & practica.

L

Leo Decimus.
Leges duodecim tabularum.
Lucius Apuleius.
S. Lucas.
Ludouicus Mercatus.
Liuius.
Lucanus.
Lucianus.
Lactantius Firmianus.
S. Linus.

M

Medina.
Mercurius Trismegistus.
Maximus Tyrius.
Michael Psellus.
S. Matthæus.
S Marcus.
S.Moses.
Marcellus Burdigallensis.
Marsilius Ficinus.
Marcellus Donatus.
Marcus Varro.
Martinus Delrius.
D.Maximus Episcopus.
Marcellus
Martinus Nauarrus.

N

Nicolaus Florentinus
Nicephorus.
Nicolaus Mirepsius.

O

Origenes.
Orpheus.
Ouidius.
Oribacius.
Oloaus magnus.

P

Plato.
Philo.
S. Paulus.
Philostratus.
Porphyrius.
Proclus.
Plotinus.
Philoponus.
Plinius.
Plutarchus
Petrus Aponensis.
Petrus And. Matthiolus.
Pausanius.
Paulus Ghirlandus.
Pindarus.
Prudentius.
Philippus Beroaldus.
Pollydorus Virgilius.
Petrus Pomponatius.
Phylarcus.
Paulus Aegineta.
Pomponius Mela.
Pontanus.
Philo.
Portatus.
Petrus Locatellus.

Q

Quintus Serenus.
Quintilianus.

R

Raymundus.
Rosellæ auctor.
Ricardus de Mediauilla.

S

Sacerdotale Roman.
Synodus Turonensis.
Synodus Magontina.
Sixtus Quintus.
Syluester.
Syluester Pierius.
Scotus.
Simonides.
Solinus.
Strabo.
Spartianus.
Surius.

T

D.Thomas.
Turrecremata.
Theophrastus.
Theodorus Prissianus.

Theo-

Theocritus.
Tibullus.
Tobias.
Thomas Barbantinus.
Thrasyllus.

V

Virgilius.
Vincentius.
Vincentius Carrarius.

X

Xenophon.

Z

Zenocrates.

FINIS.

Index Auctorum, qui de maleficijs, superstitionibus, sortilegijs, Incantationibus, & fascino ex professo scripserunt.

ACta, & Practica Inquisitorum.

ANdreas Cæsalpinus de dæmonum inuestigatione peripatetica.

Astesanus ordinis minorum in Summa de Casibus.

Bernardus Basim de artibus magicis, ac magorũ maleficijs.

Bartholomeus de Spina Ordinis Prædicat. de Strigibus; de lamijs; in Apologijs tribus in Ponzinibium.

Beda de Gestis Anglorum.

Bernardus Comensis de Strigibus.

Constantinus Parentinus Seruita de Incubis, & Succubis.

Directorium Inquisitorum.

Guglielmus Parisiensis libro de vniuersis, siue de Apibus.

Hieronymus Vicecomes Ord. Præd. in lamiarum tractatu.

Hieronymus Menghus Viadana in Compendio artis exorcisticæ, & de possibilitate mirabiliũ operationum dæmonum, maleficorum, ac eorũ remedijs.

Item in flagello dæmonum, in fuste dæmonum,

&

& in euersione dæmonum.

Ioannes Nider in Præceptorio, & Formicario.

Ioannes Gerson de probatione spirituum.

Ioannes Franciscus Picus de ludificatione dæmonum, & in Dialogo de Strigha.

Ioannes Franciscus Ponzinibius de Lamijs.

Ioannes Bodinus in Demonomania Strigonum.

Iacobus Sprenger in Malleo Maleficarum.

Ianus Matthæus Durastans in Problematibus dæmonum.

Isidorus Isolanus Ord. Præd. in libello aduersus Magos, Diuinatores, maleficos &c.

Lambertus Danæus de Veneficijs.

Leonardus Vairus de Fascino.

Michael Psellus de natura dæmonum.

Martinus Plausc. Episc. Tubingæ de maleficijs.

Martinus Delrius in libris disquisitionum magicarum.

Martinus de Arles in tract. de superstitionibus.

Petrus Bonfidius de Confessionib. maleficiorum.

Paulus Ghirlanda de sortilegijs.

Petrus Mantouanus Pomponatius de naturalium effectuum causis, siue de Incantationibus.

Syluest. Prierates de mirandis operationibus strigum, ac Dæmonum; ac in tractatu, & exorcismis in malignos spiritus.

Troilus Maluetius de sortibus.

Thomas Brabantinus de superstitionibus.

Thomas Erastus in repetit. disput. de lamijs.

Valerius Polidorus in Practica Exorcistarum.

Vlricus Molitor de lamijs, ac pythonicis mulieribus.

FINIS.

Index eorum, qui de ijs aliqua in suis libris scripta reliquerunt.

S. *Antonin.in 2.par.sum.tit.12.ca.1.& ca.8. superstitionibus.*

Angelica in uerbo superstitio.

Armilla verbo incantatio,ver.maleficium: uerb. sortilegium.uerb.superstitio.

Albert.in tract.de agnos.assertio q.11.num.3.& sequentibus.

Alphonsus Castrus lib.1. de iusta hæreticorum punitione.

Alexander Alensis par.2. q.185.

Albertus Pighius lib.8. de libero hominis arbitrio.cap.4.

Archidiac.26.q.5.per totum,& 26.q.3. non licet c.si quis admonent, & c. non obseruetis.

Bartholomæus Medina lib.1.in 1.præcepto seß. 2.cap.63.

Bernardinus Diaz in pract. crim. canonica. cap. 100.& 101.

S.Bonauent.4.sent.34.dist.3.q.& 2.2.q.95.

Bernardus Comensis in lucerna Inquisitorum uerbo sortileg.

Burchardus toto lib.10.decretorum.

Canonistæ in rub.& tit.de sortilegijs.

Caietanus in summ.uerb.malef.& uerb.sortileg.

Daniel Vincent.ser.44.de sortilegijs.

Gabrier dist.8. q.2.ar.4.dis.2.li.2.sent.

Ioan-

Joannes Fernelius lib.2. de abditis rerum causis cap.16.

Iacobus Carpentarius in Alcinoi institutionem cap.17.digress.4.

Ioannes Maior.4.cent.34.dist.q.2.

Ioan.de Basolis 4.sent.34.dist.3.q.& 22.q.95.

Ioan.Aquilanus ser.44.de sortileg.

Ioan.Scotus 4.sent.dist.34.quam vnica.

Iuo Carnotensis in suo decreto.par.11.

Iuris ciuilis Interpretes in rub. & tit. C. de maleficis,& mathematicis: & in l.item apud Labeonem.§.si quis astrologus.ff.de iniur.

Martinus Nauarr.in Manuali Confess.cap.11.n.20.& seq.

Paludes 4.sent.vts.

Repertorium Inquisitorum verb.sort.& uerb.diuinatores.

Richardus de Mediauilla. 4.sent.vts.

Syluestrina uerb.maleficium,superstito, diuinatio.

Sebastianus Med.in summa peccatr.quã. 34.36.

Simanchas cath.inst. tit.62.

Squillacensis tract.de fide cath.c.1.& seq.

Tabiensis in summa uerbo.sort.

S.Tho.4.sent.34.dist.3.q.& 2.2.q.95.

Vmbertinus locat? in opere Iudicial.verb. diuinatio.

Vida in tractatibus Iuris ciuilis, & Canonici.

Zanchinus tract.de hæret.cap.22. & ibi copiose Campegius, Speculator,& Io.And.tit.de sortilegijs.

FINIS.

Auctor ad Lectorem.

VArias esse scribentium in suis e- dendis lucubrationibus senten- tias, non est dubitandum, etenim nonnulli non nisi post mortem il las emitti volunt, nec vnica ratione ducti; vel, vt inanem gloriam vitare, aut inuidorũ, ac maledicorum iacula, nouosque labores ef fugere possint. Hos autem sicut repræhende re nec audeo, nec debeo, quoniam pijs, pro- babilibus, honestisq; nituntur argumentis, ità laudare nõ valeo, melioribus (ni fallor,) rationibus motus: nam isti, quibus suas com positiones dum vitam agunt, in tenebris la- tere, placet, non solum per aliquot annos fru ctu suorum laborum, litterarum studiosos, verum etiam in sempiternum tempus, sæpe numero priuant: Cũ enim hȩredibus suis im pressionem committant; illi, vel inscitia, vel auaritia ducti, suis commodis, vtilitatiq; inseruientes, testatoris, ac patriæ gloria aliõ rumque vtilitate spreta, libros tineis corro- dendos, & blattis conterendos permittunt, & aliquando pisces, ac pinguia vendẽtibus, tradunt. Alij verò dum viuunt scripta sua ty pis committunt, vel, vt egregium nomẽ, bo- namque apud homines opinionem conse- quãtur, vel, vt rem familiarẽ augeant, vel næ in tempore rationis reddendæ de reposita negligenter in sudario pecunia acerbè pu- nian-

niantur, ac Deo optimo maximo honor, & gloria magis tribuatur, quos facere non possum quin summis laudibus extollam. Ego quidem, qui ab initio ferè meorum studiorũ ad scribendum me applicui, & multa Dei auxilio, à quo omnis nostra actio bona ortũ, habet, lucubratus, sum, illos consectandos iudicaui, qui opera sua ante obitum in lucẽ prodire sinunt: quibus autem rationibus fuerim adductus ad illa scribenda, & imprimẽda, nouit Deus, ac elecubrationes ipsę forte indicãt: ex quibus tamen liceat mihi vnã dumtaxat recensere. Quoniam ingenij mei tenuitatẽ, & humanum esse sæpe labi, & hallucinari, sciebam, scripta mea, dum vitam dego, imprimi volui; vt si forte in aliqua errata imprudenter lapsus essem, à me cognita, vel ab alijs indicata corrigere, vel si quæ dubia, aut amphibologica scripsissem, vel perperam intellecta essent, emendare, explicare, ac interprætari, valerem. Cumque manibus, pedibusque, vt dicitur, operam dederim, vt semper vtilia, & ab alijs omissa, vel imperfecte, aut diminute pertractata literarum monumentis proderem, quod an assequutus sim, alij iudices erunt, hactenusque haud nouerim, vel ab alijs animaduersũ fuerit, ex magna Dei beneficientia, ac clementia, me aliqua in re errasse: liber tamen meus de morbis veneficis, ac veneficijs inscriptus Typographi, vel impressioni Præsidis negli-

gen-

gentia infinitis fere erroribus, cum in litteris, tum in oratione ipsa scateat, multa fuerint omissa, aliqua male impressa; & post illius impressionem aliqua excogitauerim, ac ab alijs scripta inuenerim, quæ multum lucis, ac vtilitatis afferre possunt; errata corrigere, omissa restituere, ac inuenta addere; atque efficere, vt liber suo candori, ac integritati restitutus, et auctus, denuò excudatur, decreui: Hocque libentius feci, cũ sciã, frequenterque experiar, hoc opus qualecunque sit ex varijs partibus præsertim Sicilia, Calabria, & Gallia Cisalpina plurimum desiderari, ac perquiri, & à peritissimis viris Hieronymo Mercuriali, & Martino Delrio comprobatum, ac copiose laudatum esse. Cuius nouæ editioni libenter præfuissem, vt ab omni errore, ac defectu immune in publicum emanaret; sed ætas mea ad vltimum senium vergens, & multæ, vigesque in facienda medicina occupationes, id minime permiserunt: omnem tamen diligentiam adhibui, vt impressio hæc integra, & absque erroribus in lucem prodiret; quod diligens, ac peritus Typographus, vti spero, præstabit. Vale.

r-
a
ſt
,
n
r
;
e
l-
,
n
,
ſi
s
o
e.
t
u
n
n
-
-
o
t

DE MORBIS VENEFICIS, AC VENEFICIIS

BAPTISTAE CODRONCHI MEDICI.

LIBER PRIMVS.

Veneficia, ac Veneficos morbos esse ex sacris Literis, sanctaque Ecclesia probatur.

CAP. I.

QVæreres an veneficia, morbique venefici in rerum vniuersitate reperiantur, an potius commentum aliquod sit quorundam, non est certè inutilis quæstio: quam tractare decreui, non eo tamen animo, vt in controuersia ponam ea, quæ perspicua sunt: Si quidem maleficas, & veneficio affectos passim circumspicimus, cum nemo sollicitus, anxiusque esse debeat, alijs semper veritati aduersantibus, quod Aristoteles ipse in Topicis dicere consueuerat: etenim qui sensum negat, sensus pœnam dare tenetur, neque firmum habet cerebrum, qui ratiocinationes sensui videtur anteponere. Attamen cum in tanta rerum clari

tate plerique hallucinati adeo fuerint, vt hęc negare ausi sint, fictiones, & somnia esse existimãtes: vt eorum dementia patefiat, qui rebus quantumuis manifestis, & notis aduersantur; hanc quæstionem proposui, & quamuis caussæ horum morborum nos penitus prętertirent, quę tamen manifestę sunt; nihilominus fictiones, & somnia esse existimare non deberemus: sexcenta.n.eiusmodi inuenire licet, quorum rationẽ assequi nequimus, cum tamen manifesti sint effectus: quinimò risu digni videntur illi, qui nimis anxie in perquirendis singulatum rerum rationibus incumbunt, & ex omnibus naturæ miracula funditus tollũt: quoniam vbi caussæ ratio nos latet, illinc peruestigandi nobis exordium nascitur: quocircà philosophiam è medio tollere videntur, qui veneficijs, vtpote naturæ prodigijs, fidem non habent: sed de philosophis antiquis non miror, qui tot vanas opiniones de veneficijs habuerint, quot in sequentibus reijciam: cum causas habeant omnem humanam intelligentiam fugientes. Etenim hominnm intellectus, qui artiũ, & scientiarum principiũ est, Dei optimi maximi imago, & similitudo est, in quo vt in perfectionis principio, & fine, cõplemẽtũ reperitur. Cum autem antiqui philosophi huius immensi, ac infiniti principij fontẽ, & originẽ omnis veritatis continentis perfectam cognitionẽ, non habuerint, hic euenit, vt veluti cæci, modo hãc, modo illam, de qualibet re sententiam dicerent, ignotæ immensitatis imaginem præseferentes, & veritatis scopum non attingentes. Sed de quibusdam Christianis philosophis, ac Medicis mirari licet, quibus Deus sermonem suum manifestauit, qui ab omni falsitate purus est, & omni obscuritati lumen affert: & cum veneficia, veneficosque de

testetur, aduersusque eos pœnas capitales statuat: has tamen fabulas esse, vel à caussis naturalibus solum fieri arbitrantur; Deus enim in priori testamẽ to magas, & maleficas non solũ vitandas esse, nulloq; in cõsortio habendas, verũ, & interimẽdas esse præcipit: quod non iuberet Deus nisi reuera multa maleficia scelesti homines procurarent cooperante dæmone: in Exodo enim ita clamat Dominus: Maleficas nõ patiaris viuere, & in Deuter. Cap. 22.
Nec inueniatur in te, qui lustret filium suum aut Cap. 18.
filiam, ducens per ignẽ, aut qui ariolos sciscitetur, & obseruet somnia, atque auguria, nec sit maleficus, nec incantator, neque pythones consulat, neque diuinos, & quærat à mortuis veritatem &c. et in Leuitico. Non declinetis ad magos, nec ab ariolis aliquid sciscitemini, vt polluamini per eos: & Cap. 19.
rursus: Anima, quæ declinauerit ad magos, & ario Cap. 20.
los, & fornicata fuerit cũ eis, ponã faciẽ meã cõtra eam, & interficiam illam de medio populi sui. Et iterum: Vir, siue mulier, in quibus Pythonicus, vel diuinationis spiritus fuerit, morte moriatur, lapidibus obruent eos: Ideò Ochozias infirmus propter hoc peccatum, mortuus, est, vt habetur 4 Regum. Cuius iustissimi præcepti hanc attulit Philo Cap. 1.
rationem: Non sinit noster legislator procrastinari veneficorum supplicia, sed absque mora vult exigi, quod dilatio, noxijs opportunitatem peccandi præbeat, cæteris metum afferat, existimantibus quicquid illorum vitæ accedit, suæ securitati decedere: Idcircò, sicut viperas, aliasque venenosas bestiolas prius quàm mordeant, aut saucient, aut se commoueant, sine mora ad primum aspectum occidimus, præcauendo naturalem eorum malitiam, priusquam noceant: eodem modo huiusmodi homines plectendi sunt, qui magicis suis artifi-

tijs, & maleficis artibus in cautos homines non sõ
Cap. 7. lũ errore implicant sed graues calamitates intrudũnt. Libro etiam Exodi scribitur, vocasse Pharaonem sapientes, & maleficos, & fecisse etiam ipsos
Cap. 8. per incantationes Ægyptiacas, & arcana quædam similiter, & alibi, fecisse, & maleficos per incantationes suas similiter, eduxisseque ranas super terram Ægypti: quæ magicorum opera vera fuisse opi
Cap. 33. nantur Origenes, & S. August. & 2. Paralip. inter alia scelera Regis Manassis, hæc connumerantur. Obseruabat somnia, & sectabatur auguria, maleficis artibus inseruiebat habebat secum magos, & in
Ps. 57. cantatores. Dauid etiam meminit de venefico excãtante sapienter aspidem, ob id obturantem aures suas, cum dixit: sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas, quæ non exaudiet vocem incantantiũ, & venefici incantantis sapienter. His, & multis alijs omissis ex veteri testamento, sufficiat vnadumtaxat noui; in Apocalypsis enim. Cap. 9. scriptum est: & non egerunt pœnitentiam ab homicidijs suis, neque à Veneficijs suis &c. videtur illud apud Apostolum congruere? O insensati Galatę,
Cap. 3. vos fascinauit? & rursus magis dilucidè, ac peculiariter horum improborum hominũ vitia, scribit: Manifesta autem sunt opera carnis quæ sunt fornicatio, immunditia, idolorum seruitus, venefi cia inimicitiæ &c. quæ prędico vobis, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur, quibus in locis optimi, & doctissimi quique interpretes, tum recentiones, & præsertim D. Thomas, vno consensu asserunt, esse quosdam maleficos, qui sathanica arte, & via hominum animos, corpora, vitam denique ipsam lædant. Imò ante D. Paulum hos magos Dominus prædixit, dicens: Surgent pseudo prophetæ, & dabant signa, & pro

di-

digia, non vtique alia quam arte magica. Prætereà Historiæ Ecclesiasticæ testantur, quàm admiranda opera Simon magus ediderit magicis incãtationibus. Irenæus libro contrà Valentianum, & Eusebius. 2. hist. Eccl. Sed quid amplius moror? nonne & ipsa sacrosanċta mater Ecclesia in Sacerdotali Romano agit luculenter de maleficijs, & docet, qua ratione dæmones corpora ingrediantur; in omnibus veneficijs pactum explicitum, vel implicitum adesse, quibus signis maleficio affecti, ac dæmoniaci cognoscantur, & tandẽ multos proponit Exorcismos pro abolendis maleficijs, facturis, ligaturis, & incantationibus. Quis igitur Christianam religionem professus audebit in posterũ veneficorum hominum praua opera negare, cum à santa scriptura, sanctaque Ecclesia concedantur? quicquid enim per scripturam sacram, & sanctam Ecclesiam decernitur sit prorsus absque vlla dubitatione credendum; & quamuis ratio humana, vel auctoritas siue Aristotelis, vel cuiuscunque alterius, esset in oppositum, ea nõ est admittenda: quoniam ab homine emanat, qui, vt in pluribus, opinione decipitur, & in caliginoso, & vmbratico mũdo verum discernere non potest: Ideò scripsit S. Augustin⁹: Diuinæ auctoritati humana cedat infirmitas, & D. Hieronymus claræ, & certæ auctoritati diuinæ cedat ratio: Quapropter probare non possũ illos, q̃ secũdũ philosophiæ principia, vel alterius scientiæ veneficia reijcere nituntur, & cognoscentes se veritati Christianæ contradicere, ad refugium turpe, & callidum confugiunt, se isthæc probare, & asserere vt medicos, vel philosophos, non vt Christianos? cum deceat virum Christi sectatorem ea probare velle quocunque prætextu, quæ veritati christianæ repugnant: cum nos, vt christiani,

Lib. 10. de ciuit. Dei. c. 31

ni, & loqui, & docere in hac re debeamus, non vt medici, vel philosophi, qui à veritate longè aberrant: & si magnus ille Hippocrates solo naturæ lumine ductus, noluit quicquam operari, dicere, vel agere, quod esset religioni suæ contrarium; quantò magis Christum profitentes, cuius gratia, & fauore illustrati sunt in veritate agnoscenda, nihil disputare, ac existimare debēt, quod christianæ veritati quidquam detrahat? scribit enim. Hippocrates ad Pręfectum Hellesponti, Persarum diuitijs vti sibi non licere, neque barbaros homines à morbis liberare, qui hostes sunt Grecorum. Quæso indicent mihi uiri isti qua ratione ex principijs medicinæ elicere possint quod barbari homines, & hostes curari nō debeāt à medico, cū oppositum potius doceat medicina, nullumque reijciat hominem curādum, imò ęqualiter omnibus succurrat, in quorum gratiam cœlitus est data?

Ex Concilijs, sacris Canonibus, Constitutionibusque Ponteficijs maleficia probantur.

CAP. II.

HVius rei veritas secundo loco venit firmanda magis sacrorum Conciliorum testimonijs: nam si doctrina vnius Doctoris tantum sępius sat est ad aliquid probandum, siue sit D. Hieronymi, vel D. Augustini, quanto maiorem auctoritatem debent habere Concilia in spiritu sancto legitimè congregata, & à tot, tamque grauissimis viris definita. Libertinum itaque Concilium statuit; illi non esse in extremo vitæ impartiendam sacram communionem, qui maleficio interfecerit

al-

alterum, eo quod sine idolatria perficere scelus non potuerit. Concilium Laodicænum, quoniam non decet ministros altaris, aut Clericos, magos, vel excantatores esse, vel facere quę dicuntur phylacteria, quę sunt magna animarum autoramẽta, ideò hos ab Ecclesia proijci iubet. Concilij Carthaginesis quarti decretis quis non adhibebit fidẽ quibus confirmandis, & approbandis ducẽti quatuordecim Episcopi subscripserũt, quod quidem Concilium augurijs, seu incantationibus inseruientes à conuentu Ecclesiæ separandos esse, exorcistasque quolibet die energumenis manus imponere debere præcipit. Ancyrrianum conciliũ hortatur Antistites, eorumque ministros, vt omnibus viribus elaborent, studeantque perniciosam, & à dæmone inuentam sortilegam, & maleficam artẽ, penitus ex parochijs eliminare. Concilium Agatense, perquirendum est, inquit, si aliqua fæmina sit, quæ per quædam maleficia, incantationesque mentes hominum immutare se posse dicat, & quę sequuntur. Turonensis Synodus tertia statuit, magicas artes, excantationesque pro curandis hominum morbis, nullum auxilium præstare posse, non animabus languẽntibus, claudicantibusve, vel ẽt moribundis quicquã mederi, nec ossiũ ligaturas, vel herbarũ, cuiquam adhibitas prodesse, sed esse laqueos & insidias Sathanæ, quibus ille genus humanũ decipere nititur. Interim silẽtio inuoluere? volo quæ Antisiodorense Concilium can. 6. Parisiẽse lib. 3. cap. 2. Synodus Moguntina. cap. 101. & Concilium Mediolanense primũ, de maleficis, ac eorũ maleficijs statuunt. Testimonia sacrorum Conciliorũ, sequitur auctoritas sacrorum Canonum, quæ plurimi facienda est, cũ ex ipsis Concilijs, ex Ecclesiæ determinatione, ac definitione, sã-

Can. 36. ca. 89. ca. 90. lib. 6. c. 7. lib. 8. cap. 42.

ctorumque Doctorum testimonijs depromantur? Ergo in 2. parte Decreti, si per sortiarias suadetur ægrotantibus maleficio, vt remedia ab Ecclesia proposita sectari velint, & 26. q. 5. c. Nec minus ex S. Isidoro magorum facinora describuntur audentium suis malis artibus aliquos interimere, necromãticorum hydromanticorumque, ethimologiam aperitur. Præterea his artibus ascribuntur superstitiosa quælibet remedia præcantationes, characteres, suspensa, vi naturali carentia, ex pestifera hominum, ac dæmonum societate exorta. quam artem Deus permittit, vt homines, qui in fide firmi sunt, probentur, & mali qui mendacio credunt, per sua desideria seducãtur. Superius ẽt, non vitam, sed mortem esse curationem, seu inquisitionem à magicis artibus expetitam, quæ artes ex traditionẽ malorũ angelorũ in toto orbe plurimi sæculis inualuisse traditur. Tandem de varijs superstitionum generibus illicitis, de magica curatione, ac diuinationum generibus agitur, & præcipitur, augurijs, vel excantationibus seruientes à conuentu Ecclesiæ separandos, sortilegia, artemque magicã omnibus modis eliminandam: & in q. 7. admonetur, ægritudinibus, hominum, seu brutorum animalium, incantationes, magicasque artes nihil remedij conferre posse, & esse laqueos insidiasq; Sathanæ. In Decretalibus horũ veritas magis reboratur, vbi de frigidis, & maleficiatis agitur: & Doctores omnes vno consensu distinguũt maleficium, in perpetuum, & temporarium, declarantes qua ratione maleficium dirimat contractũ, vel contrahendum matrimonium impediat: nam si maleficium superueniat matrimonio antè copulam carnalem, si est perpetuum, impedit, ac dirimit ipsum, quam sententiam non proferrent, si ef-

(margin: 83. q. 1. — q. 2. c. Qui sine.)

fe-

fectus illusorij, & phantastici, vel nulli essent, nec pœnas maleficijs statuerent. His accedit auctoritas Pontificum, qui varias aduersus veneficos ædiderunt constitutiones; Ioannes enim vigesimus secundus in Constit. quę incipit. Super illius specula, veneficos, artemque veneficam exagitando, talia profert verba. Cogitamus complures esse, solo nomine christianos, qui relicto primo veritatis lumine, tanta erroris caligine nubilantur, quod cum morte fœdus ineunt, & pactum faciunt cum inferno, dæmonibus enim immolant, hos adorant, fabricant, & fabricari procurant imagines, anulũ, vel speculum, vel phialam, vel rem quamcumque magice ad dæmones inibi alligandos, ab his petunt responsa, atque recipiunt, & pro implendis suis desiderijs auxilia postulãt, pro re, fœdissima fędã exhibent seruitutem, quibus pęnam excõicationis, & alias statuit Innocẽtius octauus in Const. cuius initium est. Summis desiderantes affectibus, ità dilucidè, & abundè omnia ferè horum impiorum hominum scelera explicat, ac detestatur, vt amplius dubitandi non reliquerit locum; meminit enim de incubis, & succubis, de abortibus, de fructuum, ac segetum extinctione, doloribus, & alijs morbis, quos infligunt venefici, de coitus impedimento, baptismi abnegatione, quæ omnia si hic describerentur, nimis protraheretur oratio: Et huic similem promulgauit constitutionem Alexander sextus, & est duodecima aduersus Galliæ Cisalpinæ veneficos, qui veneficijs, varijsque obseruationibꝰ multa nefaria maleficia cõmittebãt. Leo decimus in Const. 11. asserit, sortilegia, excantationes, diuinationes, ac superstitiones, esse iure Cęsareo, ac Canonico prohibitas, variaque imponit supplicia veneficia agentibus, & in const. 38.

tri-

tribuit auctoritatem Inquisitoribus, capitis iudiciũ faciendi aduersus veneficos Brixienses, Bergomatesq; quos perniciosum, ac dãnatissimũ labe hęretic. gen⁹ hoĩum appellat, eo qđ sacro baptismo renũciarent. Dominũ abnegarẽt, & Satanæ corpora, & aĩas cõferrent, & plurima maleficia, ac sortilegia exercerent; & cum maleficorum pestis magis in dies serperet per easdem Galliæ Cisalpinæ regiones; malefici enim plurimi nefanda crimina, ac scelera patrabãt. Adrianus sextus in const. quinta detestatur huiusmodi sectam, & operationes prauas aduersus quas, & ipse pęnas statuit. Et quoniam nulla ætas fuit vnquam, quæ fuerit vacua maleficis, vltimis his diebus etiam Sixtus Quintus in constitutione, quam aduersus exerentes astrologiæ iudiciariæ artem, & alia quæcumque diuinationum genera edidit; nefarias artis magicæ incantationes, instrumenta, ac veneficia dãnat: peculiariter verò eos, qui maleficijs sterilitatem inducunt; aut ne concipiat mulieres, seu pariant, veneficis medicamentis impediunt: aduersus quos grauiora supplicia minatur, ac statuit. Porrò ab his ne latum quidem vnguem, vt dicitur, discesserũt Iuris pontificijs Interpretes, præsertim Archidiaconus Turrecremata, Iuo Carmotensis in suo decreto, Burchardus in toto li. 10. De
par. 11. cretorum, & omnes alij in rub. & tit. de sortilegijs.

Sanctos Doctores, Theologos, ac Summistas veneficia concedere. CAP. III.

CVM Sancti Doctores, ac sacri Theologi tanquam patres & magistri, doctoresque à diuinis Concilijs recipiãtur, ac obseruentur; hi enim sunt, quibus Deus opt. max. sacratum literarum arcanos patefecit sensus, voluntatemque suam

reue-

reuelauit: hi nobis implicata explicant, obſcura illuſtrant, aſpera plana faciunt difficultates itinerum explorant: hi ſunt veri illi terræ promiſſionis exploratores, quæ in ipſa ſunt, referentes. Quis itaq; his exploratoribus, & explanatoribus fidē nō adhibebit, qui veneficia re ipſa eſſe in rerū natura, non imaginariè, ac illuſoriè affirmant, ac probant? Sanctus enim Iſidorus, ait, maleficos dici ob facinorū magnitudinē qm̄ elementa, & mentes hominū turbant, & abſq; vllo veneni hauſtu, violētia tātū carminis interimūt. D. Auguſt. ſcribit, ſuperſtitioſum eſt quicquid inſtitutum eſt ab hominibus ad faciēda & colēda idola ptinēs, vel ad colēdam ſicut Deum creaturam, vel ad conſultationes, & pacta quædam ſignificationum cum dæmonibus placita atque fœderata, qualia ſunt molimina magicarum artium, ad quod genus pertinent omnes ligaturæ, atque remedia, quæ medicorum quoque diſciplinæ condemnat, ſiue in præcantationibus, ſiue in quibuſdam notis, quas characteres vocant, ſiue in quibuſdā rebus ſuſpendendis, atque ligādis &c. poſteà ſuadet, artē vulgò vocatā mathematicā, diuinatoriā, magicā, ac alias huius generis vitādas eſſe Chriſtiano tanquā noxias, ac nugatorias, & ex quadam peſtifera ſocietate hominum ac dæmonum, quaſi pacta infidelis, ac doloſę amicitiæ conſtituta. Et alibi idem ſanctus Doctor aduerſus magicas artes de quibus quoſdam nimis infęlices, & nimis impios etiam gloriari libet in nomine dæmonum, publicam lucem teſtem citat; Cur enim, inquit, iſta plectuntur ſeueritate legum, ſi opera ſunt numinum colendorum? an fortè iſtas leges Chriſtiani inſtituerunt, quibus artes magicæ puniūtur ſecundū quem aliū ſenſum, niſi qđ hęc maleficia generi humano pernicioſa eſſe

8. ethim. cap. 9.

2. de doctri. chr. ca. 20.

Lib. 8. de Ciu. Dei. ca. 19.

ſe

se non dubium est? & post nonnulla agens de Apuleio de magicis artibus accusato, affirmat omnia miracula magorum fieri doctrina, & opera dæmonũ. D. Io. Chrys. scribit, potiones à medicis propinatas, sumẽdas esse, nec curiose inquirẽdum, quales eæ sint, imò vti sanitati conducentes habendas esse; at si sint veneficorum, magorum vel excantantium, non solum esse exquirendum quales sint, verum etiam, & vocem esse fugiendam, vtpote lethiferam. D. Hier. etiam in vita Hillaronis narrat de quodam iuuene, qui cum uirginem Deo sacratam ad turpes amores nulla ratione illicere potuisset eum ad magicas artes conuersum, adeò illis profecisse, vt virgo insano illius iuuenis amore fureret Angelicus Doctor asserit, opinionẽ tenentẽ, maleficium nihil esse in mũdo, cĩnò esse contrà auctorites Sanctorũ & procedere ex radice infidelitatis: quia vbi auctoritas sacræ scripturæ dicit, qđ dæmones potestatẽ habẽt supra corporalia, & supra imaginationem hominum, quando à Deo permittuntur, illi qui dicunt, maleficium nihil esse in mundo, nisi in existimatione hominum, etiam non credunt, esse dæmones, nisi in opinione vulgi, quod tamen fidei contradicit, quæ tenet, angelos aliquos de cælo eiectos esse. Et idem sentiunt omnes Theologi, præsertim. S. Bonauentura, Richardus, Io. de Basolis, Ioannes Maior, Durãdus, Syluester, Prierius, & Scotus, qui ait, impotentiam coeundi casualem, & non naturalem fieri per malignos spiritus, qui habentes pactiones cum hominibus seruant promissa &c. Qui omnes, & alij etiam in 2. sent. vno consensu scribunt, magos, & maleficos virtute dæmonum Deo permittente, miros effectus & nõ phantasticos producere posse. Vt interim sileam multa alia vberrimè de operationibus veneficorũ per-

De fato ser. 7.

4 sent. dist. 34. q. 3.

dist. 7.

Pertractata à D. Thoma, in summa contrà gentiles, & alibi. In eandem Sacrorum Theologorum Sententiam omnes summatim scribentes venerũt, præsertim S. Antoninus agens de varijs diuinationis speciebus statuit omnem diuinationem esse capitale delictum, & excantationes, vsus rerũ, quæ virtute naturali careant pro sanitate acquirenda, vel si cum superstitione, & characteres aliquos, vel verba ignota fuerint adhibita esse peccatum grauissimum. Postremo verba facit de excantationibus, maleficijs, ac fascinatione, quæ ad nocendum hominibus adhibentur. Angelus de varijs superstitionum generibus scribit, & qua ratione superstitiosa, ac vana remedia, à naturalibus secernantur, docet, maleficosque, & carminatores morte eterna deportandos esse, statuit. Caietanus maleficos eos dici testatur, qui coniugum copulam carnalem impediunt, pueros lædunt, vel interimunt, & quæuis alia mala incantationibus suis inferunt: & peccatum horum duplici nomine esse capitale, cum ex inuocatione dęmonum tum ex læsione, quæ hominibus infertur. Syluester scribit, maleficium præter multas significationes accipi pro damno illato à dæmone medio fœdere inito cum malefica; & nonnunquam pro signo pacti, vt est infixio gladij intra circulum, plumarum inuolutio, imago cerea cum acubus infixis, qua ratione edocentur venefici à dæmonijs sanitatem, vel morbum inferri, vel venerẽ præpediri. Nauarrus ẽt ipse multa scribit de veneficijs, & probat, sanitatẽ, vel morbũ, qui ex operibus magorũ, vel excantantiũ proueniunt, non posse ex ui morborũ, vel rerũ applicatarum fieri, sed ex facultate tantum dæmonis. Et hæc, vel similia explicant alij etiam graues auctores, vt Hostiensis Raymundus, auctor Rosellæ, Armillæ, Medina, & alij.

lib. 3. ca. 103.

par. 2. ti. 12. c. 1.

Verb. superstit.

Verb. maleficium.

Verb. maleficium.

In Enchiridio. ca. 11.

Iura Cæsarea satis superque veneficia probare.

C A P. IIII.

SI ista non essent veritati consona, qua ratione Romani in legibus duodecim tabularum ea interdixerunt, & pœnas magis, ac veneficis irrogarunt? Verba ipsarum legum Decemiuralium sunt ex Beroaldo hæc: Qui fruges excantasset, qui malum carmen incantasset, & illud: Neue alienam segetem pellexeris: Præterea cum Imperatores Romani grauiora supplicia, quæ in suis constitutionibus habēt, aduersus hos flagitiosos homines statuerint, in quibus naturæ inimici, ac generis humani aduersarij, & propter eorum scelera malefici, nuncupantur, si ista vana, ac delusoria, essent, vanum, etiam ac inutile fuisset aduersus ea leges condere, ac promulgare; In codice igitur Iustinianeo scriptum est: Nemo aruspicem consulat, aut mathematicum, vel ariolum; sileat omnibus diuinandi potestas: alioquin supplicium capitis gladio vltore feret prostratus: & qui arte magica vitæ innocentum insidiantur, animos mulierum ad libidinē flectunt bestijs obijciantur. Decernunt etiam leges ad horum accusationem quemlibet admitti, sicut & Canon in sexto de hæreticis admittit, quasi in crimine læsæ maiestatis, ipsam enim propemodum pulsant diuinam maiestatem: Ideò quilibet, nulla dignitate suffragante, quęstioni subijcitur: & si facinus suum detegatur, vel conuincatur, iubet, aculeo esse deditum, vngulisque Sulcantibus latera pœnas dignas suo facinore perferre. Olim enim duplici pœna malefici plectebantur, capite, & vngulis ad corporis dilacerationem: vel deuo-

C. de malef. & mathem. l. nemo. C. de maleficis, & l. multi.

C. in fidei fauore.

deuorandi bestijs obijciebantur. Inualuit posteà consuetudo, vt igni comburendi tradantur, fortassè propter sexum fœmineum. Præterea leges prohibent participationem, vt non liceat ipsis ad limen altaris accedere, alioqui concremari, vel vt alij eos recipere, vel consulere nō possint imposita pœna deportationis in insulā, & publicationis bonorū; quas quidē pęnas iura nō imponerēt nisi esset verissimū, maleficos reipsa cōuenire cū dæmonibus ad effectus, & læsiones, vt dicunt, reales: Adde à legibus cōmēdari, ac premio dignos haberi q̃ maleficos deferunt. Ex quibus oībus luce meridiana clarius fit, maleficos esse, qui auxilio dæmonum multa facinora patrare sciunt; cur enim de ijs leges essent scriptæ, si nulli vnquam extitissent? cur pœnæ in eos sancitæ? neque enim de his rebus, quæ non sunt, leges promulgantur. Nec par est, earum rerum, quæ non sunt, & quæ non apparent, in iure ciuili esse iudicium, quemadmodum Iurisconsulti docent. Cū quæreretur à sapientissimo illo Atheniensium legislatore Solone, cur nullam aduersus parricidas legem scripsisset? respondit quod neminem vnquam parricidam fore suspicaretur.

Ex Platone, Platonicisque, veneficia, dæmonesque esse. CAP. V.

VEneficia, dæmonesque veneficiorum auctores à Platone, Platonicis, Academicisque nō tam ratione probatum est, quam pro rato positum, quod penè infinitis historijs abundè videtur testatum, quibus non assentiri magna est dementia. Platonem enim longæ omnium quicunque

ſcripſerunt, aut locuti ſunt, & copia dicendi, & grauitate Tullius principem appellat, vt philoſophorum Deum veneratur, & non linguæ ſolum, ſed & animi, ac virtutis magiſtrum amplectitur, cui etiam tantum tribuit, vt cum eo errare ſe malle dixerit, quam cum alijs vera ſentire: vt non ſit mirum, Si D. Auguſtinus etiam eum magnis encomijs exornet, virum ſapientiſſimum, ac eruditiſſimum temporum ſuorum nuncupans, vt qui ita locutus ſit, vt quæcunque diceret magni fierent, & ea locutum, vt quomodocunque diceret, parui non fierẽt: Et Labeonem inter ſemideos connumerandum exiſtimaſſe; Quin S. Doctor etiã Platonicos omnium philoſophorũ nobiliſſimos appellat, & probat, vt quià Chriſtianis minimum diſſenſerint, & in aliquorum libris aliqua inuenerit Chriſtianæ doctrinæ conſentanea; addens, Simplicianũ illi gratulatum eſſe, quod Platonicos libros legerit, cum aliorum philoſophorum ſcripta plena fallaciarum, & deceptionum ſint, in Platonicis vero omnibus modis inſinuetur Deus, & eius Verbum. Plato itaque in Conuiuio non ſolum probat dæmones eſſe, verum etiam artem magicam opera ipſorum exerceri: & in lib. 2. de legibus manifeſtius propoſitum noſtrum explicat, cum ſcribit: Bipertito generi humano venena officiunt; primò enim modo corporibus corpora ſecundum naturam læduntur: deinde magicis veneficijs, & cantibus, nodiſque quibuſdam perſuadetur illis quidem, qui officere ſtudent, poſſe eos id aſſequi, his verò facile admodum ab illis veneficio lædi poſſe. Hæc verò cæteraque huiuſmodi quo pacto natura ſe habeant, nec facilè ſciri poſſunt, neque ſi quis ſciat, alijs perſuaderi. Sed animis hominum circà hæc ægrè, ſuſpitioſèque inter ſe affectis, haud admodũ

di-

dignum est conari persuadere; vt si cærea simulachra siue in ianuis, siue in triuio, siue in monumẽtis parentũ viderint, hæc omnia dispiciant, cum certam de his opinionem nullam habeant &c. Qui veneno nocere nititur, si corporibus id illaturus est, nisi medicinæ peritus sit, quid agat, ignorat, similiter qui magicis cantibus id tentat: nisi aruspex, mõstrorumque interpres sit &c. Quibus deinde addit, si quod qñ quis nobis, inductionibus, cantibus, & similibus veneficijs ad nocendum patatis deprehensus, est si aruspex, aut prodigiorum interpres sit occidatur: Quo in loco præter alia, manifestum est, antiquissimum esse inuentum ipsis veneficijs, cereas imagines effingẽdi, quibus nunc nostri malefici utuntur passim, vt, cooperante dæmone homines grauissimis morbis, doloribus præcipue, tormentisque varijs ac etiam morte afficiant; Qui tamen nunquam Platonẽ legerunt, nec legere potuerunt, cum vt plurimum, huiusmodi malefici sint rudes, & literarum ignari, ac mulierculæ quæ tamen à satana erudiuntur: Præterea in Charmide agit, de curatione per excantationes tradens ad capitis dolentis medelam folium quoddam, cui addita sit incantatio quædam: quam si quis adhibeat; folioque vtatur, sanitatem restitui, absque verò excantatione folium nihil conferre: vbi patet, aduersus Peripateticos, morbos etiam curari posse potestate spirituali corporum naturam vincente, cum folium virtute naturali nihil efficere possit; adhibita vero incantatione, dolor aboleatur: cum id præstetur à dęmone modo nobis ignoto sanante. Mercurius Trismegistus scriptor antiquissimus, à quo secta Platonica sumpsit exordiũ, in Asclepio pluribus in locis de dæmonibus verba facit, & docet qua ratione dæmoniacos spiritus

euocatos imaginib. indiderit, ritusq; , & sacrificia addiderit; primus de ordine dęmonum sapientissimè disputauit, nullamque esse mundi partem dæmonum pręsentia destitutam, ac multa de communicatione hominum cum dæmonibus scripsit: Quæ etiam in veteribus Pythagoreis multorum historiæ testantur, & maximè à Philostrato in Apollonio Tyanęo, qui propter hanc varia miracula suis temporibus edidisse dicitur. Inter Platonis asseclas Porphyrius in Epistola ad Arcebonem sacerdotem, varijs, grauibusque quæstionibus referta, multa disputat de dæmonibus, vaticinijs, & magica arte, asserens ita notum esse magorum artificium, & supra mortalium conditionem opera, quædam fieri, vt probatione non indigeat. Iamblicus in libro de mysterijs Ægyptiorum, Chaldæorum, Assyriorum, agit de differentia Deorum ad dæmones, quod iniusta supplicia inferunt dæmones improbi; prætereà etiam de veneficijs verba habet qđ quandoque veneficus aliquis imprecationibus suis deducit desuper in aliquā calamitatem, vtitur ad hoc naturalibus quibusdam; rursus de dæmonibus ait; in rebus terrenis, humanisque eos posse quam plurimum, ideò ardorem ad illicitum coitum in nobis frequenter ab eis accendi. Proclus in Commentarijs in Alcibiadem Platonis, numerat quinque genera dæmonum, diuersaque eorum officia. Maximus Tyrius quod Poetæ fabulantur de Minerua iram Achyllis in Agamenonem cohibente, aut nebulam ex oculis Diomedis discutiente; id totum de dæmonibus, interpretatur, quos in plura genera diuidit. Michael ẽt Psellus lib. de dæmonibus ex quodā Marco dęmonum sex genera facit, igneum, aereum, aquatile, subterraneū, & lucifugum, seu imper scrutabile ac penitus

tus tenebrosum, scribitque veneficia, atque Magiam non vanum nomen esse sortitam, sed vim quandam possidere: veneficium enim ars quædam est circa materiales dæmones, & terrestres, simulachra dæmonum prouocans in aspectum: & alios quidem veluti ab inferis excitat, alios autem ex alto deducit &c. Et ne nimis sermo ꝓtrahatur, omittam ea, quæ de dæmonibus, ac veneficijs scripta sunt à Calcidio in interpret. Timæi, à Lucio Apuleio de Deo Socratis, à Plotino de proprio vnius cuiusque, à Zenocrate lib. de Morte: cum ex superioribus satis abundè Platonicorum opinio sit manifesta.

Aristotelem, ac Peripateticos cognouisse dæmones, & eorum maleficia, ex eorum tamen principijs minimè probari posse.

CAP. VI.

NVnquid Peripatetici præsertim eorum Princeps Aristoteles cognouerint hos morbos suprà naturam corruptibilem, & eorum causas, quamuis difficillimum videatur quid certi statuere; ego tamen existimo ab ipsis cognitos, & concessos fuisse: quamuis non negauerim, ex illorum principijs nequaquam nos expiscari posse eorũ causas dæmonem videlicet, & consequenter nec morbos ipsos, cum illius, quod non est, nulla sit actio: Aristoteles enim ità naturæ fuit addictus, vt ea sola in philosophando probaueris, quæ cum eisdem principijs conuenirent, & ex eisdem deducerentur: Quare de diuinis, & in corporeis, quæ à sensibus separata sunt, ea tantum posuisse, & in sua philosophiæ vsurpasse, videtur, ad quæ humanus ani-

mus ex sensibilium obseruatione induci poterat: & sine quibus naturæ effectus in rebus corporeis non poterant commodè explicari: sic enim ille de Deo, diuinisque intelligentijs cęlestes orbes mouētibus egit. Ad id autem dæmonum varietas in elementari regione non videbatur ex legibus naturæ necessaria: Sed in cœlo ad conseruationem, perpetuitatemque vniuersi solus Deus cum cælestibus intelligentijs poterat esse satis: & ad eos effectus spirituales, qui dæmonibus attribuuntur, sufficere videbatur proprietas hu orum in nostris corporibus dominantium, & insita quædam vis cæteris rebus corpora nostra circumstantibus: per quæ vtraque fortasse vir singulari ingenio, existimauit satis aptè explicari posse, propter quæ priores philosophi dęmones affirmarūt. Mirū tamē est, quod nullo in loco apertè exposuerit, quod de dæmonibus sentiret prę sertim cū eorū frequentissima fiat mentio apud Homerū, *Euripidē, Pindarū, Simonidē, Hesiodū*, atque adeò apud magistrū eius Platonē. Quorū omniū scriptis si assentiebatur in multis rebus pilosophicis naturalibus, ac mortalibus explicandis: hac etiam in re fidem habere debebat. Si verò illorū omniū præclarā sententiam, & quæ certe aliqua probabilitate niti videbatur, non probauit, admirari magis licet, cur in hac confutanda nusquam laborauerit, cum tamen alioquin in aliorum philosophorum opinionibus plerisque minus nobilibus exagitandis, diligentissimus, ac vehementissimus esse soleat. Auget autem hanc dubitationem, quod plerisque in locis oraculorum, diuinationum, incantationumque meminit: Quæ tamen ad dæmones referebantur à veteribus, vt in lib. 3. de hist. animal. vbi agens de capro quodam, inter alia asserit; quod Lemnio illi pecoris domino con- Cap. 20.

ſulenti Deus amplius incrementum peculij futurũ reſpondit. Præterea meminit etiam de incantationibus, & augurijs, & de Sitta auicula ait, illi rē maleficã tribui, quia rerũ callet cognitionẽ; ita ut ſit clariſſimum, Ariſtotelem cognouiſſe, & faſſum eſſe dæmones, dæmoniacos, & veneficia: De dæmonibus in lib. 3. Rethor. patet, vbi aſſerit: atqui dæmonia eſſe quædã fateor, & in 3. de gener. animal. vbi quærens; cur plures rerũ differẽtiæ exiſtãt in humore, quàm in terra? ſoluens, an, inquit, quia, humor naturam habet ad effingendum, efformandumque habiliorem: cæterum mare ſua natura calidum eſt, & particeps omnium partium inuenitur: videlicet, humoris aeris, terræ: Itaque omnia adipiſcitur, quæ ſingulis locis gignuntur. Plantàs enim terræ incolas quiſpiam eſſe ſtatuerit, atque aquatile animalium genus. Aeris pedeſtre ſed, quod magis, minusve, & remotius, aut propius res cõſtet, miraque differentia exiſtit. Quartum genus non his locis quærendum eſt, quanquam aliquid eſſe exigit ordine ignis. Id enim quartum corpus numeratur; Verum ignis ſemper formam non propriã habere videtur, ſed in alio corpore: aut. n. aer aut fumus, aut terra eſſe videtur, qđ ignitũ eſt: ſed enim genus hoc apud lunam quærendum eſt: hæc enim quartam illam differentiam adipiſci videtur. Ex quibus aliqui colligũt, Ariſtotelẽ in ſphæra ignis ſub cælo collocaſſe dæmones: Similem etiam ſententiam protulit libro de Reſpirat. lib. 5. Metaph. dæmonum apertam mentionem facit, & in ſubſtantijs corporeis eoſdem numerare videtur, ſed magis dubitando, quàm quicquam pro rato ſtatuendo: Subſtantiæ, inquit, eſſe dicuntur, vt terra, vt ignis, vt aqua, & ſi qua ſunt eiuſdem generis. & vno nomine corpora, & quæ ex ijs con-

[Margin notes: Cap. 18. (beside "monibus in lib. 3. Rethor."); Cap. 11. (beside "mal. vbi quærens"); Cap. 9. (beside "ra ignis ſub cælo"); tex. 15. (beside "etiam ſententiam protulit")]

stant, animalia dæmonia, eorumque partes. Alexāder commmuni fuga vsus, ait, Aristotelem ex aliorum sententia esse loquutum; aut intellexisse diuina corpora, & astra: quæ interpretatio non potest verbis Aristotelis aptari: ait enim ibi philosophus, substantia dicitur, terra, ignis, aqua, & denique corpora, & quæ ex eis constant, vt animalia, dæmonia, & eorum partes: quod si vera esset Alexandri responsio, sequeretur astra ex elementis constituta fuisse. In pluribus etiam alijs locis præter hominem agnoscit animal quoddā rationis particeps: Hoc videtur nonnullis ad dæmones pertinere, vt in li. 2. de Anima, vbi scribit: Nōnullis animalibus vim inesse progrediendi, nonnullis ratiocinandi, & mentem, vt hominibus, & si quid aliud est eiusmodi, aut etiam homine diuinius: eodemque libro ait, extrema, atque minima ratiocinationē habent, & mentem: quibus enim mortalium inest ratiocinatio, his etiam insunt cætera omnia; vbi aiunt, ab illo esse adiectū, mortalium, quod in dæmonibus immortalibus ratiocinandi vim sine inferioribus animi facultatibus videretur agnoscere. Prætereà Apuleius refert, Aristotelem in lib. de mirabilibus mundi de dæmonibus mentionem fecisse. Quod verò de dæmoniacis etiam meminerit aperta est
Probl. 1. eius sententia in 30. sect. Probl. vbi ait, multi propterea quod ille calor sedi mentis in vicino est, morbis vesaniæ implicantur, aut instinctu lymphatico efferuescunt, ex quo Sybillæ efficiuntur, & Bacchę, & omnes, qui diuino Spiraculo instigari dicuntur, & quamuis horum causam ascribat naturali temperiei, & non dæmoni, cuius ope isti futura prænunciant: sat erit nobis, saltem ipsum hæc commemorare, & agnoscere Dæmones esse, & dæ-

monia-

moniacam magiam probant ex Aristotele multi;
vt Theophrastus, Amonius, Philoponus, Auicen-
na, & Algazel. Quod si ex Aristot. doctrina, ac prin
cipijs dæmones non sint in rerũ vniuersitate, ac eo
rũ, magorũque facultates non probentur; non est
quod quispiam miretur: cum quælibet scientia
sua principia, & velut fundamenta habeat, alia ab
alijs diuersa. Ideò si per philosophiæ scien-
tiam dæmones non sunt, per prçstantiorem, ac
eminentiorem, sacram videlicet Thologiam,
& Platonicã etiam disciplinam probantur. Et si
Aristoteles non cognouisset dæmones, quod ta-
men non est dicendum, quid mirum? cum multa
alia, quæ via etiam naturali ab eo cognosci pote-
rant, ipsũ latuerint; cœlorum enim numerũ, & pla-
netarum ordinem ignorauit: Et inter sublunaria
circà originem fontiũ, & galaxiæ generationem
est deceptus. Vt interim omittã innumerabilia na-
turç admiranda, quorum causæ adhuc ignoran-
tur. Ideò si naturæ pulchriora, & secretiora nobis
incognita sunt; qua ratione via naturali, & mente,
& oculis his caligantibus, ad supernaturalium, &
intelligibilium rerum cognitionẽ peruenire po-
terimus? Quemadmodum enim ispe ut Aristote-
les confessus est vespertilionũ oculi ad lumen diei
se habent; ità & intellectus animæ nostræ ad ea,
quæ manifestissima omniũ sunt: Quamuis Hera-
clitus, referente Plutarco, diceret, pulchriora hu-
ius mundi ob insolentiã, seu temeritatẽ hominũ,
incognita esse, qui nihil eorũ credere volunt, quo-
rũ rationes intellectus humanus intelligere haud
quaquã potest. Vt enim multa existunt in rerum
natura (vt suprascriptũ est) quorum causas quoniã
ignoramus, stultũ esset negare, vt magnetẽ attrahe

re ferrum, electrũ paleas, & torpedinẽ manus piscatoris torpidas reddere: ità operationes quasdam dæmonũ, veneficorumque, quoniam via naturali earũ causas indagare non possumus, magna est pertinacia, velle negare, & impugnare. Multa enim possibilia sunt, quæ, quamuis nobis nota non sint, negare non debemus, imò complurima in his inferioribus sunt facta, & visa, quæ sunt verissima, vt miracula, quæ in diuinis literis perleguntur, quæ tamen nulla ratione secundũ Aristotelis principia probari possunt: imò apertè eius dogmatibus contradicunt, vt solem immotum persistere, qui rapidissimo gressu à sũmo cælo egreditur, legeque perpetua regreditur. Mare iter siccum hominibus præbere, validissima mœnia verbo solo æquare, cæcos videre, mortuosq; ad vitã restitui, & infinita alia: Quæ quidẽ nullã patiũtur responsionem apud Aristotelẽ. Cũ corpora cælestia non possint secundum naturæ præscriptum suũ solitum ire variare, nec sistere, neque velocius, neque tardius moueri; & à priuatione ad habitum impossibilis sit regressus.

Medicos fateri maleficia, morbosque maleficos.

CAP. VII.

QVemadmodum probatum est philosophos, & præsertim Aristotelẽ veneficia, & excantationes, & eorum causas cognouisse, & probasse, ex eorum tamen principijs nequaquam elici posse; Similiter de Medicis est asserendum, potissimum verò de Hippocrate, & Galeno; ex quorum scientiæ, & dogmatibus dæmones, & venefi-

cia

cia nequaquam indagari possunt, cum propria à naturali philosopho principia accipiāt, & morborum causas cum internas, tum externas disquirentes à sensibilibus, non ab insensibilibus (quales sunt dæmones,) indagarint: Præterea cum causarū morbos facientium abolitio à cōtrarijs fiat contrariorū enim contraria sunt medicamina: & pro diuersis morborum causis, eorum varientur medicationes; quanam ratione dæmoniaca morbi causa supposita à medicus ipsis depelli poterit? Quænā sanguinis missio, quæ concoquentia, quæ purgantia pharmaca, quæ victus ratio, vel alia huius generis medica remedia fuerint dæmoni, vel dæmoniaco eius morbo contraria; cum dæmones sint substantiæ, substantiæ vero nihil sit, ex Aristotele, contrarium? Medici enim, præter elementorum quattuor, humorū, partium similarium, ac instrumentalium symetriā, seu moderationem, vel ametriā, seu immoderationem, quarum illa sanitatis, hæc ægritudinis sunt causæ, ne dæmonem quidē esse existimare possunt. Et si itaque ex principijs medicinæ dæmones & morbos à dæmonibus factos minimè gentium inuestigare possimus: eos tamen Hippocratē, & Galenum potissimum cognouisse, & confessos fuisse, ostendere possumus. Hippocrates enim medicorum facile princeps apertè dæmonum meminit in libro de morbis virginum, vbi ait; & dæmones quosdam videre putant sibi infestos: & in libro de sacro morbo; qui assueti sunt morbo (loquitur de epilepsia,) præcognoscunt, se corripiendos, & ex hominum frequentia fugiunt ad secretum locum præ pudore, non autem dæmonum timore: & in epistola ad Philopœmenum: illam regionem, & artes, & virtutes omnis generis, & Dei, & dæmones &c. & in libro de morbo sacro

citato de magis, seu maleficis, deque eorum operationibus prauis verba facit: & quamuis videatur eas potius refellere, vt quæ mirificæ essent, naturam ipsam superarent, ad eiusque principia referri non possent: attamen præcipua eius intentio est, maleficos reprehendere, eo quod malorum causã in Deum refunderent, cum ipse existimaret, Deũ, seu Deos malorum non esse auctores; Magi enim sui temporis epilepsiam, morborum sacrum nuncupabant, eo quod à Deo emanaret: quorum opinionem Hippocrates sic refellit: Si morbus sacer ideò sacer esset nuncupandus, eo quod à Deo mittatur, cum, & cæteri morbi, vel multi eorum etiam à Deo prouenire possint ex magorum sententia, vel admirabiles sint, sicut sacer morbus vocatus, eodem etiam nomine essent nuncupandi. At Deus morborum horum causa esse non potest, nec cæteri morbi ita appellantur, ideò sequitur hunc morbum sacrum alia *ratione dici: malefici enim* ac magi, (*ut arbitror*) *Hippocratis tempore*, quo rudes, *satis erant homines vt improbitates suas*, ac *scelera tegerent, imponebant plebi hunc morbum esse diuinitus immissum, & diuinis etiam remedijs, & expiationibus abolendum esse: Quæ remedia, & expiationes quoniam in cultum, & venerationem cacodæmonum cedebant, eorum auxilio malefici viri plurimos curabant, vel curatos esse ex aliquo temporis interuallo demonstrabant.*

Quod autẽ Hippocrates cognouerit hos morbos, eorumque causas extra naturam, patet, cum ait: si enim, & lunam abolere, & solem obscurare, tempestatẽque ac sereninatem facere, pluuias item, & siccitates, & alias huiusmodi omnia se scire profitentur, siue ex sacrorum misterijs, seu ex alia quadam professione, aut meditatione hanc potentiã

ia-

iactent, qui talia studio habent, impij sanè videtur & Deos esse non putare, neque si sint, aliquid posse, neque vllum etiam extremum malum prohibere vbi animaduertenda sunt illa verba; siue ex alia professione, aut meditatione, p quę magicā, & dæmoniacā voluit indicare, & ex alijs probare; ex Dijs hæc mala prouenire non posse; vel, ipsis inuitis, fieri haud quaquam posse, cum enim Magi illi lunam trahere, seu abolere, & solē obscurum reddere se iactarent, esset, inquit, ille, velle Deos sibi ipsis subijcere, cœlumque ac terram in manū hominum ponere: quod principijs omnibus physicis repugnat, hæc enim inferiora nihil in superiora agere possunt. Cui tamē rationi, respondēdum esse cē seo; quāuis magi nō possint reuera lunā delere, ac solem obscurare: præstigiosè tamen suis artibus nostros sensus illudere posse, quinimo posse etiā tempestates, pluuias, & alia huiusmodi ope dæmonum concitare; nec tamen ista arguunt, vt ipse credidit, in Deo impotentiam aliquam, vel impietatem, cum Deus ad sui gloriam, & ad augumentum meritorum nostrorum improbis hominibus multa permittat, & sinat naturalia, resque creatas, agere secundum eorum naturam. Cū autem dæmon sit substantia spiritualis, cui tributa est à Deo facultas super hæc materialia: & homo gratiæ liberæ volontatis fuerit insignitus, ità vt possit libere agere: nullum est inconueniens, quod ipse homo praua volontate præditus, ope dæmonum possit tonitua, fulgura, tempestates, & multa alia excitare, & quamuis Hippocrates cognouerit, & sicuerit maleficos, ac dæmones esse, cum tamen facultatem eorum ignoraret, credidit omnia ab eis facta, esse deceptiones, & illusiones: ideò scribit; talia dicentes, & excogitantes, amplius quid se scire simulant,

lant, & homines decipiunt, proponentes his lustrationes, ac purificationes, cum verba ipsorum magna ex parte se ad Deum, ac dæmonium extendant. Quæso videas qua ratione aperte dæmonum auxilium fateatur Hippocrates, tempore cuius ijsdem ferè instrumentis, ac superstitionibus ad veneficia facienda vtebantur nefandi homines, quibus, & nostris temporibus vtuntur, sanguine nempè humano ad inuocationem dæmonum, & eorũ auxilium implorandum: fuit enim Sathan semper sui similis, & talem hodie experimur, qualis fuit ab initio semper vt ex subsequentibus verbis Hippocratis manifestum est, cum ait, expiant morbo correptos sanguine, ab hominibusq; intoxicatos. Quid clarius, bone Deus, poterat dici ad fatẽda veneficia, quorum curationes etiam tunc temporis, abscondebant, sicut; & nunc faciunt, aliqua susurrantes, vel verba obscura, & ignotos characteres adhibentes: ideò addit expiamenta verò terra occultant, vel in mare proijciunt, vel ad montes deferunt: Id autem magis firmare possum, quod Democritus artis magicæ princeps, quo tempore Hippocrates medicinam, eodem ille magicas artes in Græcia celebrauit, vt auctor est Plinius: vt eas Hippocrates ignorasse dici non possit. Si quis tamen obijceret librum de sacro morbo non esse Hippocratis genuuinũ, vt arbitratus est Cornarius ex Galeno; respondeo esse quidem Hippocratis librum germanum ex Galeni sententia in primo Prognost. vbi cum profiteatur ostendere Hippocratẽ nullo suo libro causam morborum in Deum referre, adducit librum de sacro morbo. Præterea Hippocrates in Prognosticis etiam illud celebre præceptum medicis tradidit; vt si quid diuinum in morbis habetur, illius etiam ediscant prouidentiam:

Lib. 30. cap. 1.

1. Progn.

tiam: quibus verbis Hippocrates huiusmodi mortbos manifestè indicat, qui causam tum procreantem, tum sanantem extrà naturam habent: quod manifeste patet ex eodem Hippocrate, qui in lib. de natura muliebri scribit; hominibus morborum causam esse numen siue quid diuinū, & ideò oportere ex Dijs, seu ex numine inchoare, cuius sententiæ posteà esse etiam Vallesium lib. de sacra philosophia vidi: vbi de curatione morborum veneficorum ait: nec satis est naturalibus instare remedijs, Cap. 28. nisi dæmonem fuges: Quò fortasse respiciens Hippocrates in prognostico dixit: si quid etiam in morbis diuinum &c. vt ne hoc ignorans, & solum causam naturalem suspicatus, ineptè prædicas: Nec dicere possumus per diuinum intelligere aeris constitutionem, vt in lib. Prognosticorum Galenus intellexit, cum dicat curationē ex Dijs esse exordiendam: Multò minus per diuinum intelligitur Deus, seu Dij, cum nusquam causam morborum, etiam auctore Galeno, in Deos retulerit. Quoniam verò Galenus ex hoc prognosticorum loco alium sensum elicit, non est mirum, si plerique medici nimis Galeno addicti, & qui vt dicitur, in eius verba iurarunt, hos morbos non admittant, vt qui causam abditiorem, & non physicam possideant. Sed priusquam Galeni sententiam explicem, & vti falsam reijciam, non erit inutile aliorum expositiones ab eo reprobatas recensere: Affert igitur duas opiniones ab alijs medicis excogitatas circa illud diuinū in morbis, cuius fieri præsensionem admonet Hippocrates: Quarum prima illorum est, inquit, qui putant ob iram quandam Deorum homines morbis vexari, nisi eorum testimonio, qui historias citrà rationis adminiculum scripserunt: innuit autē Profetā Mosem, & sacros Euangelistas, quos alibi

carpit.

carpit tanquam sine ratione, vel demonstratione loquentes: præsertim 2. lib. de differ. pulsuum: Mor-
Cap. 4. bos enim ob peccata, & scelera hominum à Deo in vindictam immitti scripserunt S. Matthæus cap. 9. sacræ historiæ; S. Marcus cap. 2. D. Lucas, ac D. Ioannes cap. 5. & Moses Exodi 9. & pluribus alijs in locis. Quorum morborum causa cum sæpius à medicis ignoretur, non est mirum, si etiam, in curatione cæcutiant. Opinionem verò hanc Galenus ea ratione refellit, quod Hippocrates nusquam causam ægrotationis in Deos retulerit. Cùm autem inter cæteros morbos putarent epilepsiam, & amorē diuinos esse: quoniam epilepsia quidem sacer morbus alias appelletur, amorem verò fabulentur Poetæ dæmonem quendam pusillum esse recens natum, gerentem faces ardentes, qui homines quosdam in hanc agit affectionem: vtrunque falsum esse ostendit: quoniam vtræque naturales sunt affectiones: Altera opinio est eorum, qui dies decretorios, eos scilicet, quibus morbi solui solent, ad causam diuinam referunt, quia incognita est, & inopinabilis. Iure autem hanc reprehendit, partim quia non omnia, quæ causas habent incognitas, & inopinabiles, diuina vocamus: sed dumtaxat quando mirabilia habentur, partim quia nec ignorauit Hippocrates causas dierum decretoriorum, vt in commentarijs de diebus, decretorijs est apertum. Tandem propriam afferens opinionem, ait, nomine, diuini, Hippocratem intellexisse aeris ambientis conditionem, vnde morbi publicè vagantes oriuntur, de quibus egit in libris Epidemiorum, & in 3. lib. aphorismorum: Quidam enim morbi in Ciuitatibus apti sunt oriri, alij in australi constitutione, & tandem diuersi in diuersa tēporū vicissitudine vagātur. Venit fortasse Galenus in hanc opinionem,

quia

quia scribitur in lib. de aere, aquis, & locis, ad medicum pertinere syderum quorundam exortum, & occasum obseruare, quibus & tempora mutantur, & corpora afficiuntur; Licet hæc sublunaria fortè videantur, vtpote quæ ad scientiam Astronomiæ pertineant, quasi ob id diuina ab eodem appellentur, quia subliminora sunt: aut diuina appelletur àeris conditio, quia à cœli motu fiat, quod diuinũ est: aut tandem, quia vitari nequeant: quasi ij morbi humani appellari possint, qui ex praua victus ratione contingunt, & ex proprijs erratis; diuini verò, quorum causa non in nobis est: aeris enim conditiones vitare non possumus. Quamuis autem hæc sententia satis accommodari possit verbis Hippocratis, tamen falsam esse, vel ex eo deprehenditur, quod idem Galenus obijciebat aduersus sententiam de diebus decretorijs. Nam, licet ij ex cœli motu, præsertim lune pendeant, non tamen ob id diuinum quid in morbis esse voluit: quia causę neque incognitæ, neque inopinabiles, neque admirandæ sunt. Idem de morbis vulgaribus dicere possumus: nam eorum causæ, etiam si pestis sit, non minus cognitæ sunt, quàm dierum criticorum. Pręterea si propter cœlum diuina essent dicenda quæ ab eo pendent, omne opus naturæ diuinum esset, cum omnis huius mundi inferioris virtus inde gubernetur, vt Aristoteles tradit. At Galenus à priori sententia, quæ veritati magis congrua est, discessit, & in has absurditates incidit. Quoniam in hoc inferiori mundo nihil putauit immortale, & diuinũ contineri. Nam in libro, quem inscripsit: Quod animi mores sequantur corporis temperaturam, fatetur persuaderi sibi non posse in homine aliquam partem immortalem esse, qualis à Platone rationalis statuitur: cum videat in phreneticis, & reliquis

1. Meteo. cap. 2.

deli-

delirantibus lædi mentem immutato corporis temperamento : & mortem inferri calore natiuo extincto : quasi calor natiuus sit ipsius animæ substantia, alioquin ignorare se eius essentiam : Huius quoque sententiæ putat fuisse Hippocratem, cum in Epidimijs dicat, hominis anima semper producitur vsque ad morte: sin autem igne excanduerit, simul cum morbo, & anima corpus depascitur. Quo in loco ipsum animæ instrumentum, calorem scilicet natiuum, quo omnis animalis operationes fiunt, animam vocauit: Cum igitur in anima præter huiusmodi calidum generationi, & corruptioni obnoxium nihil immortale inspexerit Galenus; nõ mirum, si in morbis causam aliquam diuinam inuenire nequiuerit; putaueritq; Hippocratẽ per huiusmodi diuinum, causam quidem naturalem intellexisse, sed communiorem, ac minus euitabilem: si enim in homine nulla pars diuina habeatur, multo minus in cæteris substantijs fuerit. *Aliqui* pręsertim *Marsilius Ficinus, Franciscus Valleriola*, & *Hieronymus Mercurialis* videntes Galeni opinionem habere difficultates, præsertim quod non reperiatur Hippocratem alijs in locis vsum esse hac voce, *Diuini*, pro aeris constitutione, dixerunt, per diuinum in morbis ab Hippocrate appellari, quod in aere quidem est, sed à cœlo causatur, qualitas scilicet secreta, & malefica. Quæ sententia quamuis sit doctissimorum uirorum, & testimonijs eiusdem Hippocratis, & Auicennæ firmata, nihilominus neque esse ad sensum Hippocratis, neque veritati consentaneam existimo, eo quod cœlum, cœlestiaque corpora ad vniuersi conseruationem, & non ad eius corruptionem, hominis præsertim sint procreata, & ab ipsis non nisi laudabiles actiones ex mente philosophi emanare possint: Quod etiam

Hip-

Hippocrates ipse, qui fuit optimus philosophus non negauit. Imò ratio, quàm ipsi in Galenum retorquent, in ipsos facillimè reflecti potest: Nusquā videlicet legi apud Hippocratē per diuinū in morbis vocari cœlestem hanc malignam, & occultam qualitatē. Preterea ego quero ab his peritissimis medicis, que nam sit maior ratio, cur qualitas secreta, & maligna à celo proueniens, diuina debeat appellari, & non qualitas manifesta, benigna, & salubris ab eodē cœlo emanans? ego non video diuersitatem; imò si quæ diuina esset nuncupanda, hæc magis, quàm altera, cum magis sit corporum cœlestium influere in hec, inferiora qualitates bonas, quam malas: At cum Hippocrates meminit cōstitutionis aeris, & mutationis ipsius à cœlo, non appellat diuinum. Quare nec illa malefica, si detur, tali nomine insigniri debet. Quod vero Hippocrates scripserit in lib. 2. Epid. morbum, & tempus sect. 1. sibi inuicem respondere, nisi quid in superiori natura, seu spetie, vt habet alius textus, innouetur, parū eorum opinioni fauere videtur: cōparat enim ibi Hippocrates, morbos, & tempora anni, & ait, morbum, & tempus sibi ipsis correspondere, nisi quid in superiori natura, seu spetie nouatum sit, idest, nisi tempestas nouam aliquā, & insperatā mutationē faciat. Prætereà, quod in lib. 4. de Morbis tex. 24. per celestem morborū causā non intellexerit hanc occultā, & prauā aeris à cœlo qualitatē, sed aerem ipsum simpliciter, patet, ibi enim tria morborum principia assignans, ait, si cibi diu in corpore permaneant, si cōtingat, vt ea, que ex celo obueniunt, inepta, & prærer victus rationem sint, & si quid violentum accidat. paulo inferius subdit: si, quæ ex celo obueniunt ineptæ sint ad sanitatē; consueuit enim Hippocrates, vt inferius dicā, cœlū, pro aere

nuncupare. Quę igitur ex cęlo, ideſt, ex aere prouo niunt qualitates excedẽtes, mutationes validæ; sũt cauſa, vt morbi fiãt: ſcimus .n. cũ alibi, & pręcipuè in lib. de nat. hum. perquirit morborũ cauſas, duas ſemper conſtituiſſe, victus rationẽ, & ſpiritũ, cui attractione viuimus: Et quamuis videatur Auicenna horum opinioni fauere; cũ in 1. fen quarti, & in fen tertia primi, ſcripſerit, principium corruptionis aeris, eſſe quandoque propter rẽ cęleſtẽ, cuius qualitas non eſt cognita; ſi intimius ſenſũ Auicennæ perquiramus, erit manifeſtũ, per rẽ cęleſtem ignotã, non illã maleficam qualitatẽ à cælo aeri cõmunicatã intelligi, ſed certã, ac pręfinitã primarũ qualitatũ menſurã, ex cęleſtium acceſſu, vel receſſu in aere progenitã, animantibus interdũ noxiã, quã quidẽ nominauit occultã, quoniã ſicuti certã, ac punctualẽ elementorũ in veris mixtis quãtitatẽ ſcire exactè non poſſumus, ità in imperfecta hac mixtione, quã aerẽ vocamus, exactã qualitatũ primarũ mẽſurã, certa, ac proba ratione metiri nõ poſſumus. Quod verò per cęlũ, & rẽ cęleſtẽ Hippocrates, & Auicenna intellexerint aerẽ, non eſt nouũ, aut inuſitatũ Hippocrati: Galenus enim verba quędã exponens in primus Epid. in quibus cęli mentio habetur, aerẽ intellexit: ait enim Galenus, cęlum dixit iuxta vulgarẽ conſuetudinẽ, aerẽ ſupra nos ad nubiũ vſque regionẽ exiſtentẽ. Ideo Hip. in lib. de aere, aquis, & locis, aſſerit Aſiã eſſe fertiliſſimã propter cęli clementiã, & ſolis vbertatẽ: quæ auctoritates ſufficiant pro multis, quæ adduci poſſunt. Dioſcorides ſcriptor antiquiſſimus, multis in locis veneficia, & excantationes fieri fatetur, præſertim in lib. 2. vbi agens de viribus Ramni fama eſt, inquit, ramos huius valuis, feneſtriſuè impoſitos veneficia depellere: quod eſt

Tr. 4. cã. a. doc. 5.

verisimile. Teophrastus celebris illius Erasistrati magister in lib. 7. de histo. plant. de Scylla scribens, traditur, inquit, antè portas satam, remedio esse contrà veneficiorum noxam. De Galeno vero, qui reliquos omnes superiores medicos (Hippocratē tamen excipio) & ingenij præstantia, & doctrina, & diligentia facile superauit, verū est, ipsū per aliquot annos, excantationibus, magicisq; artibus nullam habuisse fidem, vt patet in 6. simpl. med. & potissimū in 10. lib. vbi scribit: ridiculū esse, vocata pathopia medicamenta constringere, & vincere aduersarium, vt in iuditio nihil possit eloqui, aut grauidæ abortū facere, aut ne vnquā deinceps cōcipiat efficere. Quæso animaduertat lector, quemadmodū etiā temporibus Galeni, maleficia taciturnitatis, impedimenti coitus, & abortus nostris diebus frequentia nouerant venefici inferre. Nihilominus cùm posteà ipse Galenus vim incantationū, & artiū magicarū longo tempore, longoque vsu cognouisset, palinodiā (vt dicitur) cecinit, & isthæc re vera esse, ac fieri fassus est. In libro scilicet de Medica Homeri tractatione; vbi scripsit. Nonnulli putant incantationes, anicularum fabulis esse persimiles, quemadmodū ego diù existimaui; temporis autē processu ab his, quæ euidenter apparent, persuasus sum, vim in ipsis inesse: nam in percussis à scorpione adiumentū sum expertus: nihil autem minus etiā in ossibus gutturi infixis, quę excantatione statim expuebantur; ac multa præclara singulæ habent excantationes, cū institutum consequuntur. Et quamuis iste Galeni liber iniuria temporum, quemadmodum multi alij, perierit, ad manus tamen Alexandri Tralliani peruenit, qui hunc locum adducit in lib. 9. & asserit, Galenum excantationes ipsas confessum, & expertum fuisse, Cap. 4.

in cuius sententiã & ipse venit, cũ ait: si Galenus, & alij plerique veterum testantur, quid prohibet nos quoque quæ experientia cognouimus, & quæ ab amicis sinceris accepimus, vobis communicare? Multa igitur sunt, & alia, sed nullum ità, vt anulus ex ære cyprio confectus gestatus digito. Docet deinde modum conficiendi, quem silentio inuoluam, ne curiosis præbeam ansam ista experiundi.

Cap. 4. Prætereà, Galenus in 2. lib. ad Glauc. curationem scirrhi docens, multę inquit, sunt partes iam planè curatæ, conuolutæque hoc curationis modo, membrum dimouendo, perfectè sanatę sunt, vt ferè magicum opus videretur. Ecce quomodo extollit Galenus artem magicam, vt eam, quæ possit quam celerrimè, ac perfectę affectus curare. At si arte magica aliqui morbi curari possunt, eadem etiam arte, & multo magis possunt immitti, & fieri, quam si quis ignoraret delere non posset. Cum autem agnoscit, eam etiam adhibere potest ad mala infligenda. Auctor lib. tertij medicamentorum facilè parabilium, quem nonnulli Galeno ascribunt, caput centisimum octuagesimum nonum inscribit: Ad veneficia, & præstigia, in quo docet, caridion, & latum cuminum, & Zochij radicem plurimum valere, necnon glaneum ossa, & hæc suffita dæmones abigere: quo in loco præclarus ille medicus nõ solum concepit veneficia, verum etiam dæmones, & illorũ curationẽ, horumq; eiectionem: qui modus nõ discrepat cũ ratione curãdi nostrorũ exorcistarũ, qui ad detegendos, & fugandos dęmones, res quasdã in suffitibus adhibent. Extat etiam inter libros spurios Galeni, liber inscriptus: De incantatione, adiuratione, & suspensione, qui etsi Galeni non fuit, alicuius tamen egregij medici fuit, cum pro Galeni libro sit habitus, & in suorum numerũ relatus.

relatus. Aræteus medicus insignis, & vetustissimus inter græcos scriptores lib. 1. de caus. & sign. inter. affect. cap. 4. explicans, cur Epilepsia sacer morbus dicatur, allatis nonnullis rationibus, ait, ità appellari, quia dæmone correptus homo videatur. Actuarius quoque inter græcos scriptores nouissimus lib. 5. meth. med. scribit, epilepticos quoniam subitò concidunt, ore spumam mouent, & linguam mandunt à dæmone occupatos quosdã arbitrari. Theodorus Priscianus in 1. par. harm. gynec. inter multa remedia pro conceptione adiuuanda, vel impedienda, duo proponit magica; quorum profectò hac in parte meminisse non placet, ne quis imprudenter, audacterue, & citrà Dei timorẽ, eis vnquã vtatur. Quintus Serenus Medicus, ac Poeta egregius de infantibus dentientibus, vel strige inquietatis sequentia carmina scripsit. Cap. 4.

Præterea si fortè premit strix atra puellos,
Virosa immulgens exertis vbera labris,
Allia præcepit Titani sententia necti:
Qui veteri claras expressit more togatas.

Marcellus Burdegalensis libro medicamentorũ, ob maleficium etiam capillos defluere affirmat. C. Plinius secundus nullius expers disciplina, totiusque naturæ interpres lib. 30. de origine artis magicæ agit, quando, & à quibus ortum habuerit, & celebrata fuerit; magiæ species explicat, & lib. 28. disputat, an in medendo, verbis aliqua virtus insit, & agit de quibusdam sortilegijs. Plutarchus Cheronensis, qui medicum se optimum ostendit in eo libro, quem de tuenda bona valetudine eleganter, & doctè conscripsit, atque etiam in problematibus symposiacis, quæ maxima ex parte medicina constant, in 5. Sympos. scribit; cũ in cęna sermo incidisset de ijs, qui fascinare dican Cap. 1. Cap. 2.

tur, & habere oculum fascinatorem, fuisse qui totã rem nugas esse dicerent, atque deriderent. At Metrium florum famam mirifice adstipulari eis, quæ eueniunt dixisse, & ista ex historijs recipi: ex quibus narrantur multa talia; ipsumque nouisse homines, qui intuendo, infantibus potissimum nocerẽt, referens ex Phylarcho, Tibios non infantibus modo, sed adultis exitium attulisse; obtutu enim eorum, ac sermone adfectos, tabuisse, & ægrotasse. Præterea 2. Sympos. scribit; sicut magi à malis genijs occupatos iubent secum legere, & recitare ephesia nomina &c. Auicenna tradens signa specierum melancholiæ, ait, quod si fiat à bile, & cum agitatione, & aliquali dæmonio, & similis maniæ: Præterea agens de causis sputi sanguinis inter alias ponit rixam, dicens: & propter hoc multiplicatur in dęmoniacis: scribit etiam quod si fuerit melancholia de genere bilis adustæ, tunc eius permixtio erit dęmonium, & cum multitudine sermonum; & p. 3. si melancholia contingat à dęmonio, conuertit complexionem ad choleram nigram, vt causa propinqua sit cholera nigra, deinde dæmonium. Alzarauius eadem scripsit, si itaquè dantur dęmone obsessi, quanto magis veneficijs varijs affecti; quamuis & ex veneficio arrepticij fiant? Constantinus Africanus animaduertit, epilepticum, lunatiũ, & dęmoniacum quodamodo esse similes. Isaac agens de his, qui veneris impotentes sunt, esse quosdam ait, qui maleficijs impediti, cum vxoribus suis coire non possunt, vbi de veneficiorum multitudine, & eorum cura ex vsu scribit. Ioannes Mesue tradit oleũ ex gagate sacratum dictum saluberrimum esse dęmoniacis. Ioannes de Vigo, vir suæ ætatis eruditissimus, & in facienda medicina summoperè expertus, libro nono suæ praxis inte-

lib. 3. f. 1. tr. 4. cap. 18.
lib. 3. f. 1. tr. 3. c. 3.
lib. 3. f. 3. tr. 2. c. 9.
tr. 4. c. 18.
libr. 9. pract.
l 8. pract. cap. 29.
lib. 3. de Antid. sect. 9.

integrum caput exarauit de maleficiatis, ſcribens: iſta mala, & diabolicam diſpoſitionẽ eſſe contrà legem diuinam, & hominis charitatem, ſubtrahendo naturalem amorẽ, qui debet eſſe perpetuò inter virum, & vxorẽ; veteresque ſcriptores aſſerere, hoc maleficiũ exerceri tantũ circà viros, vt ſcilicet cum vxoribus ſuis rẽ habere non poſſint. Nicolaus Florentinus, quem grauiſſimæ auctoritatis medicũ vocat Leonicenus docet etiam ipſe, quibus ſignis poſſit cognoſci veneris impotentia ex venificio illata, & quibus etiam remedijs ſit curanda. Antonius Beneuenius lib. de abdit. morb. cauſ. cap. 8. recenſet hiſtoriam cuiuſdem puellæ, quæ dolore ventris affligebatur, manibus conuellebatur, venter illicò intumeſcebat, & plantas pedum ceruici conectens poſt multa adhibita auxilia tandem cœpit euomere longiores, ac recuruos clauos, æneaſque acus cum cera, & capillis in globum mixtis, ex quibus à malo ſpiritu ipsã vexari credidit, & re ipſa probarunt exorciſtæ. Ioannes Langius epiſt. 38. ſimilem affert hiſtoriam cuiuſdam agricolæ, qui cum diu ſęuiſſimis alterius hypocundrij doloribus torqueretur, arrepto gladio ſibi guttur abſcidit, ità vt poſt obitum à chirurgo ventre inciſo in illo lignũ teres, & oblongũ, quattuor ex chalybe cultra partim acuta, partim inſtar ſerræ dentata, ac duo ferramenta aſpera inuenta fuerunt vnà cum capillorũ inuolucro ad inſtar globi. Corneli° Gẽma lib. de naturę diuinis characteriſmis cap. 4. longa orationes huius generis hiſtoriã proſequut° eſt, cuius ſumma hæc eſt. Erat puella annorũ quindecim nomine Catherina Gualteri, quæ per multos menſes multa, & portentoſa admodũ per vomitũ, & ſeceſsũ reiecit, anguillã viuã, ingentẽ aquoſi humoris copiã etiã vſque ad vigintiquattuor libras,

ſer. 6. in ri. ca. 6.

bras, pilos copiosissimos, ac varios, frusta lignea, carbones, frustra membranosa, excrementa animaliũ diuersa, innumeros, ac varios lapides, motibus conuulsiuis validissimis torquebatur, epilepsia interdum corripiebatur, & alijs grauissimis symptomatibus affligebatur, quæ tandẽ Dei Ecclesiæ auxilijs ab omnibus noxijs immunis euasit, quamuis quidam preternaturales affectus superetint, qui remedijs medicis ablati sunt, vt rectè conualuerit. Omitto recensere ea, quæ in hoc negotio plurimi alij celeberrimi, ac eruditissimi medici, vt Petrus Aponensis, Marsilius Ficinus, Bartholomeus Montagnana, Gaspar Torella, Gabriel Fallopius, Petrus And. Matthiolus, Dominicus Leonus, Ludouicus Mercatus, Hieronimus Cardanus, Alexander Benedictus, Marcellus Donatus, & Alexander Massaria, scriptis tradiderunt, ac docuerunt, ac de solo Ioanne Fernelio viro certè doctissimo, dicã, cum ità luculenter, & disertè egisse de morbis veneficis, eorum differentijs, causis, rationibus quib° infliguntur, vt omnes cũ antiquiores, tum recentiores medicos facillimè superauerit, quas affectiones satis aptè, transnaturã nuncupat, cũ causã arti medicæ non obsequentem obtineant; vt meritò à quolibet studioso, ac Christiano medico sit audiendus.

Veneficorũ operationes, ac scelera satis ex Historijs patefieri. Cap. VIII.

CVM priscarũ, præteritarumque rerũ veritas non ex choris, vel tragadijs accipienda sit, sed ex historiarũ monumentis ex Pausaniæ sententia, in quibus res prout gestæ sunt, narrantur, veraq; historiæ indiciũ desumatur, ex eo quod

res eodē modo à pluribus scribantur, qui fidē veneficijs non habent, legant historias, siue annales, siue ephimerides tū Græcorū, tū latinorū; antiquorū, & recentiorū, qualiumcunque gentiū, & regionū; in quibus maleficorū portenta, facinora, omniaque miranda, & præsertim eorū asportationes eodē modo scripta reperiet, vt de Cleomidis Astipiliani asportatione apud Plutarchū, cuiusdā philosophi Atheisti apud Herodotū, Hermonis Clarominiensis apud Pliniū, Apollonij Thianei apud Philostratū, Romuli penes historias Romanorū, qui corā exercitu in aerē fuit sublatus, Hermogenis, ac Simonis magi apud sacrā historiā: quibus omnibus fidē non habere, periniquum esse duco, cum rerū euenta famæ respondeant. Berosus antiquissimus chaldæorū historicus testatur, Chā præterquā, quod Noe patrē denudatū dormientē cęteris fratribus deridendū monstrasset, antea veneficio quodam ligasse, ne gigneret, quo id semen impediretur. Cęsar Germanarū virginū, & Cornelius Tacitus Martinæ cuiusdam meminit, quæ Germanicū Cæsarē veneficio interfecit. Philostratus multa admodū miranda in libris de vita Apollonij commemorat, vel Brachmanas Indorū, vel Gymnosophistas Aethiopum, vel ipsū Apollonium gessisse. Tale est illud, quod ipse narrat lib. 3. apud Indos gemina dolia, vnū imbriū, alterum vētorū, illud cū nimia siccitate India premebatur, apertū nebulas emittebat vniuersā illā terrā humectantes, nimios autē imbres occlusum cohibebat: Alterū ad apertū efflabat ventos regionē perflantes, quo salubrius esset cęlum: Memorabile etiā est illud, quod lib 6. scribit de statua illa Memnonis, quem cū radius solis circa eius exortū attingebat, & ad os perueniebat, statua more hominū loqueba-

Lib. 1. de bello gallico Annaliū lib. 2. Cap. 3.

quebatur,& simile huic aliud narrat lib. 3. cũ Apol-
Cap. 8. lonius cũ Iarcha, & alijs Brachmanis mensæ accubuisset tripodes lapideos sua sponte fuisse motos, & ab æreis pincernis calices in gyrũ circumlatos esse, certa mensura vinũ, & aquã miscentes, & cyathos proferentes. Nec parua admiratione illud dignũ est, quod testatur idẽ Philostratus lib. 8. Apol-
Cap. 2. loniũ cũ esset in prætorio Domitiani Imperatoris ab eodẽ mulctandus, repentè ex omniũ oculis euanuisse, vt multa alia sileã miranda, quæ apud Philostratũ est legere. Gregorius Turonensis Episcopus, qui res gestas apud Gallos scripsit, narrat; olim Hunnos de Sigiberto Gallorũ rege, magicis artibus victoriã in bello obtinuisse. Liuius lib. 8. decadis primæ tradit. M. Claudio Marcello T. Vallerio cons. vsque adeò multos Romæ tunc veneficijs absumptos, vt pestem ex aeris vitio factã existimarint, cũ tamen res ipsa declarauerit, maleficarũ mulierũ opus extitisse. Cęlius Rhodigin' meminit cuiusdam lamiæ, quæ multa magicè operabatur, vt quendam captaret iuuenem. Antonius
li. de abd. & mir. mor. cau. cap. 8. Beneuenius recitat historiã cuiusdã adolescentulę, quã cum vtero laborare existimaret, tandẽ ex vomitu complurimorum instrumentorũ maleficialiũ spiritu obsessam, cõpertã fuisse. Ioannes Fernelius narrat de quodã qui cum à dæmone vexaretur, aliqui eum febrire, ac delirare simpliciter existimarunt, & de altero, qui videbatur cõuulsione, & con-
Lib. 2. de abd. rer. caus. c. 16 cussione modo totius, modo alicuius partis sæpissimè apprehẽdi sine vlla sensuum oblæsione dæmonis vi, & opera. Vincẽtius ẽt Carrarius meminit cuiusdã suæ sororis, quæ maleficio affecta, inuentis,
In 2. par. de medic. & ei' off. ac crematis sępenumero signis veneficis cõualuit. Hieronimus Menghus scribit quandam nobilissimã veneficio lethali, ac insanabili morbo affectã, dum

dum ageretur de extrema vnctione, instrumẽtis maleficis cõbustis, spiritualibusq; remedijs adhibitis, quasi repente omnibus admirantibus pristinã recepisse sanitatẽ. Narrat & idẽ auctor de quodã præsbitero, qui cum pessimo maleficio esset affectus pluribus mensibus decubuisset, nec innumera remedia à medicis adhibita quidquã ei profuissent, inuentis in lecto plurimis signis veneficis, ac cõbustis in quouis mense, luna reuoluta, alia & alia diuersa instrumenta reperiebantur, quibus semper igne cõsumptis Dei auxilio, & ecclesiasticorũ remediorũ, tandem pristinã sanitatẽ adeptus est: Vt interim sileã mille historias, quæ leguntur apud Ioannẽ Nider in suo præceptorio, & formicario, apud Henricum Institorem, Syluestrum Prierium in libris de strimagarum, dæmonumq; mirandis, Iacobũ Sprẽger in suo malleo maleficarum, Alphonsum de Castro in eo quod scripsit de punitione hæreticorum, Paulum Ghirlandã in tractatu de sortilegijs, Ioannẽ Bodinum in Dæmono mania, & multos alios. Et illud tãtum memoriæ prodã, quod mihi sat erit; annis. n. superioribus Francisca filia mea decẽ menses nacta, apud nutricẽ insigni maciè est affecta, sæpè, ac sæpius magna suspiria edebat; & quando disfasciabatur semper plorabat, ægreque ferebat se defasciari præter puerorum morẽ, qui quãuis sint malè affecti, vel dolore aliquo detenti, cum fasciæ soluuntur quiescere, ac delectationem capere tum solent, nulla inuẽta causa præternaturali affectus, nutriceque mutata, cum in deterius laberetur, subijt suspitio vxori meæ, cum esset puella admodum venusta inuidentiæ causa, vel odij cuiusdam vetulæ, veneficio esse affectam. Quæpropter culcitram inquirens nonnulla signa veneficij reperijt, ciceres nempè, grana coriandrorum, frustum carbonis, &

In Compẽd. artis exorc.

ossis

ossis defuncti, rem quandam compactam mihi incognitam, quam fieri ab his improbis fœminis ex quibusdam cum sanguine menstruo mixtis, retulit quidam peritus exorcista; prætereà quasdam plumas ità quibusdam filis artificiose insertas, vt pileo, vt moris est, applicari facilè possent; quibus omnibus igne benedicto combustis, & adhibitis per triduum exorcismis & alijs remedijs sacris cœpit melius habere, & carnem assumere, ità vt curatam existimaremus. Nihilominus transactis nonnullis diebus, cum esset valde inquieta, & multũ ploraret, eodem lectulo denuò explorato, inuenta sunt nonnulla alia instrumenta, quibus crematis, sanitati restitui visa est: Attamen in plenilunio mẽsis cum plorabunda noctem totam insomnem duxisset, mane colore cinericio fuit affecta, & ita mutata facie ab ea, quæ vesperi erat, vt esset res non minus lachrimis, quàm admiratione digna: explorato denuò *lectulo* inuenta sunt *frustula duo nucis* siccæ, & ossis albi, nouem, vel decem ossa piscium, quę erant fabricata instar pectinum, quibus capita pectuntur cum quibusdam corollis mira arte ex varijs rebus paratis: quibus igni traditis, mutata domo, & omnibus alijs, & validioribus per exorcistam peritum adhibitis auxilijs, Dei beneficio absque vllo remedio naturali conualuit: quod quidem veneficium fortasse Deus permisit, vt in mea puella experirer, quod in alijs parum credebam veritatis habere: Pro quorum morborum cognitione, & curatione, cœpi quærere libros huius professione, eosque legere, & illis fidem habere: ex quibus, peritoque exorcista cum multa didicerim, & in multis ægrotantibus obseruauerim, libenter hunc laborem suscepi alijs opitulandi studio, inter alios autem auctores, quos mihi legere

con-

contigit, fuit Claudius Gulliaudus interpres sacrarum literarum eruditissimus, qui interpretando Epistolam D. Pauli, quam ad Galatas misit, agens de fascino, adamussim morbum filiæ meæ scribit, quem Gallicè à quibusdã dici le mal de Vauldorzerie ait, & ex quo infantes tabescunt, macrescũt, ac miserè torquentur, & aliquando incessanter clamant, & flent; quæ omnia symptomata; & signa in filia mea obseruaui. Ex quo vnicuique patere poterit, quàm vera sint hæc, cum idem morbus cum eisdem signis, auctore dæmone, nunc, & multis abhinc annis in Flaminia, & Gallia inferatur à veneficijs. Cap 3.

Opera nephanda Veneficarum ex Poetis patefieri. Cap. IX.

NEc vanum, inutileue esse iudico hanc veritatem à Poetis perquirere, qui quamuis multa fabulosa scripserint, nihil tamen effinxerunt, quod apertè à veritate alienum sit. Omnia vero effinxerunt, alia per apparentiam sunt, aut persignificationem, aut secundũ opinionem hominum omniũ, vel multorum. Transformari enim figuras antiqua opinio fuit; Lares, Penates, Panes, Satyros, & Syluanos fuisse, non præter opinionem mortalium fuit; Deosque ab ipsis creditos (qui tñ dæmones erant,) eosque cum hominibus conuersari, & quosdã cum mulieribus coire, repertum fuit. Eadem opinio de oraculis, & auspicijs habita est, & horum nihil falsum esse dici debet: cum falsum illud verè dicatur, qđ nullo modo est: Præterea cũ Poetica teste Platone, munere Deorum immortalium hominibus sit data, ex quo Homerus, & Hesiodus testati sunt à In Ioue.

diuino

diuino afflatu, siue inspiratione, quæ litterarũ monumentis tradiderunt, se didicisse, & Poetica ad optima etiã possit esse celebranda optimum instrumentũ: nusquã enim fuit Dei cultus sine aliqua mettrica decantatione, nõ apud barbaros, nõ apud Iudeos, non Christianos; cur ipsis Poetis etiã in re tã manifesta, & tot seculis comprobata fides nõ est pręstanda? Vetustissimorũ itaque Poetarũ monumenta Orphei, Homeri, Euripidis, Pindari, Simonidis, et Hesiodi, oraculi, diuinationib⁹, maleficijs, necromanticis factis, excantationibus, & reliquis huiusmodi referta sunt. Homeri Odissea nõ aliunde, quàm ex magia constat: si quidẽ Prothei transfiguratione, & Sirenũ cantus, & Circes pocula, & inferorũ euocatio, magico intellectu eliciuntur. Ideò Virgilius in Bucolicis Eclogã octauã inscripsit Damonam, seu pharmaceutriã, quia Alphesiboeus reuocat Daphnim ab vrbe ad rura, & id quidem magica arte. Ex quo pharmaceutriæ Ecloga nomen accepit, in qua Poeta canit: *effer aquã, & molli cinge hæc altaria vitta*, & quæ sequuntur; & in fine Eclogæ; *Has herbas, atque hæc Ponto mihi lecta venena* &c. quibus versibus ostendit Poeta arte magica fruges alio pellici, elementa concuti, mentes hominum turbari, ipsosque in bruta animalia transformari, necnon animas ab inferis reuocari; quod tamen est peculiare artis magicæ, necromantiæ vocatæ. Quod verò non sit fabulosum, falsumq; quod de Circe scribit, patet ex D. August. qui memoriæ prodidit, Circẽ famigeratã magam socios Vlissis in bestias transformasse; Et qua ratione id potuerit fieri, qui Sanctus Doctor refert etiã Diomedęas volucres non mutatis hominibus factas, sed subtractis suppositas opera, & arte dęmonum, sicut, & cerua pro Iphigenia regis Agamenonis

lib. 18. ciui. Dei cap. 18.

nonis filia: eadem Ecloga de ligaturis verba facit, quibus veneris actio impeditur, & ex ipsa rerum experientia sumptum: fascinũ etiã visu iaculari probat in Ecloga 3. & lib. 4. Aeneidum multa enumerat magica portenta illis verbis. Hæc se carminibus promittit soluere mentes &c. Ouidius lib. 2. de arte amandi, de poculis amatorijs, quibus venefici vtuntur ad amorem prouocandum: & alibi de Micale venefica: & in Epistolis de Medea etiã insigni malefica: prætereà de veneficio herbis verbisq; parato, de Marsis serpentes excantantibus; de segetum extinctione, fontium exiccatione, vuarũ, ac fructuum casu, carminum potentia, alijs in locis verba facit. Apud Theocritum legitur exemplum Simettæ amantis, quæ cum Delphi amore dementaretur, conatur medio quodã lauro excantato, & ipsum ad insanum amorem trahere. Horatius volens ostendere in hominum calamitatem venire etiam sydera, vt erat quorundam opinio, ad Canidiam veneficam scribit, & verba etiam amatoria fascinandi vim habere apud eundem patet. Omitto quæ scripsit Lucanus, Tibullus, C. Manlius, Prudentius ac alij de maleficiorum operibus, ne lectorem fastidio afficiam.

Auctoritate varie scribentium veritas hæc magis defenditur. Cap. X.

NOn desunt etiam complurimorum auctorum sententiæ, qui de varijs rebus multa scriptis reliquerunt, & ista vera esse comprobarunt. Nicephorus lib. 5. hist. Eccles. tradit in Ecclesia cap. 24. Dei quosdam hæreticos esse, qui circà annum Domini ducentissimum quadragesimum, inuocationibus, incantamentisque dęmonum primum vsi sunt.

ſunt. Ioſephus lib. 8. antiquitatum ſcribit; Solomonem carminibus hos curaſſe morbos, & fugaſſe dæmones, quod & Eleazarus iudaicæ factionis vidente Veſpeſiano, & eius filijs, & tribunis, in exercitu palam faciebat. Solinus ſcribit in Sardinia fontes ex auro repetiri, qui contra faſcinum, & maleficia valeant. Cicero pater latini eloquij in Oratione pro Cluentio ſcribit: Cum futurum ſi Cluentius veneficij reus damnetur, vt patris ſepulcro priuetur; ibique, & multis alijs in locis ſæpiùs de veneficis meminit, ut de claris orat: Idque veneficijs, & cantionibus Ticiniæ eſſe factum dicebat, & in catil. tota Italia venificus, & 13. Phi. rectè venificũ appellas, à quo tibi præſentẽ peſtẽ vides cõparatã. Strabo docet, apud Perſas fuiſſe magos Lecanomanticos, quaſi ex peluibus diuinãtes, vaticinãtes .n. accipiebãt peluim aqua plenã, dęmonibus congruentẽ, in profunda repẽtibus, vbi autẽ dęmon illapſus erat, aqua edebat ſonũ. Spartianus in Iuliano ait, carmina prophanæ incãtauerant, & ea, quæ ad ſpeculum dicunt fieri, in quo pueri ligatis oculis incantando futura proſpicere dicuntur, Lucian' in ſuo Aſino aureo volens demonſtrare, quãta vis inſit artimagicæ, & quot portenta ex maleficis hominibus exoriantur, multa fabulatur: quæ tamen antea, & poſt multoties audiuiſſe cõpertum eſt, & fortaſſe ea, quæ narrat ipſimet contigerunt. Memorat igitur ſe petijſſe Theſſaliã deſiderio noſcendæ magiæ flagrans, ibique dũ ſe in auẽ verti cuperet, in aſinũ à Paleſtina ancilla vnguenti potentiã eſſe demutatũ, & ità ſub aſini effigie, humano tamen ſenſu, & mente incolumi retenta, multas ærumnas perpeſſum eſſe, multiiugoſq; labores toleraſſe, donec guſtatis roſis in priſtinum Lucianum reformaretur. Apuleius imitatus Lucianum, intendens ma-

giam

giam demonstrare, eamque artiũ omniũ portentissimã, ac potentissimã esse, fabulabatur vel potius vera narrans, ait, se magiæ noscendę cupidũ, Thessaliam petijsse, vbi artes magicæ pollebant: Ideò in primo lib. mira quædam de Salutatore, de lamijs, ac sagis explicat, & in 2. de vxore Milonis magarum maxima verba facit: & in 3. Ancillam quandam introducens loquentem, scribit: Iam scies dominæ meæ veneranda secreta, quibus obediunt manes, turbantur sydera, coguntur numina, seruiunt elementa, nec vnquam magis artis huius violentia nititur, quàm cum scitulæ formæ iuuenẽ quendã aspexit: quod quidẽ crebriter ei solet aduenire: Nunc etiam adolescentẽ quendã Boethiũ summè decorum deperit, totasque artis manus, machinas omnes ardenter exercet &c. De quo Apuleio dixit S. August. ipsũ in libris, quos asini aurei titulo inscripsit, sibiipsi accidisse, vt accepto veneno humano animo permanente, asinus fieret, aut indicasse, aut finxisse. Philippus Beroaldus in suis commentarijs scribit, duplicem esse magiã, altera Platonica est, & philosophica, quæ nihil aliud esse traditur, quam naturalis philosophiæ absoluta consummatio, altera potentia dæmonũ constat, res execranda, detestabilis, portẽtosa, quã nomine detestabiliori Goetiam, vel horribiliori Theurgiã vocant. Verũ vulgari more magũ eum dici, qui communione quadam loquẽdi cũ Dijs, ad omnia, quæ velit, incredibilia, quadam vim cantaminum polleat, & vulgò maleficum vocari ob facinorum magnitudinem. Quæ omnia bonus iste vir mutuatus est à D. Augustino, qui tamẽ loco nominis, horribiliori, legit, honorabiliore, & Cælius Rhodiginus honestiore: & vterque rectius, iudicio meo; quos enim vulgus maleficos appellat, hos ad Go-

Libr 18. de Ciuit. Dei cap. 18.

Lib. 10. de Ciuit. Dei cap. 9.

etiam pertinere dicunt; alios autem laudabiliores videri volunt, quibus Theurgiam deputant: cum tamen vtrique sint fallacibus retibus dæmonum obstricti sub angelorum nominibus. Quid etiam de his senserit Celius Rhodiginus, placet hic pluribus adnotare: cum ad rem valde faciant, & sint ex D. Augustino accepta: scribit igitur, eos, qui accuratius introspicere ista enixi sunt, duo fastigia, seu speties, deprehẽdisse, alterã infamẽ, ac immundorum spirituum commercijs inauspicatam: alterã nõ fore aliud, quã naturalis philosophię apicẽ; priorẽ illã non proprie magiam, sed Goetiã vocare Græcos, incantationibus, & carminibus nefariæ curiositatis arte compositis cõcinnatam, quam honestiore vocabulo etiam Theurgiam nuncupare audeant: discerniculo tamen quodam, vt illicitis artibus deditos: cuiusmodi excogitasse Zabulus memoratur: alteros intelligi damnabiles velint, quos & maleficos appellant vulgo: horũ enim esse Goetiam propriè dicunt, de qua concinnantur libri, quos improbatæ lectionis appellat Vulpianus, protinusque esse corrumpendos statuit: in quod fortè genus veniunt pystaciola ad ægritudinẽ cõscripta quamlibet: laudabiles verò alteros, quibus Theurgiam deputant: quamuis vtrique ritibus sint dęmonum fallacibus obstricti sub angelorũ nominibus &c. subiungit, quod quæ propriè Magia nuncupatur, perfecta creditur, & summa scientiæ potestas, quando Persarum lingua est magus, non ferè alius, quam diuinorum interpres, & cultor. Goetiam omnium placita legũ exterminante, execrari, Goetia maximè probari insignes Aegyptios, quod præcipuè dæmonum ibi viguerit cultus: Magia vero præcellere Aethiopes, ac Indos, quia ea mundi portio herbis, alijsq; ad eum vsum prę-

Li. 9. lec. antiq. ca. 27.

accommodis maximè scateat. Polydorus Virgilius agens de sex magiæ speciebus, ait, hos tanquā maleficæ superstitionis homines omnia corrumpentes, omnia inquinantes, ac propterea dignos, qui male semper audiant. Lactantius Firmianus asserit, dæmonum inuenta esse Astrologiam, Aruspicinā, Oracula, Necromantiā, Artē magicam, & quicquid malorū exercent homines, vel palā, vel occultè, quæ omnia per se falsa sunt, vt Sybilla Erythrea testatur. Philo existimans ex vera, & naturali magia adulterata, & corrupta natam esse fallacem, & quæ vulgò propriè dicitur magia, ità scribit. Ex hac adulterata descendūt quas proprio vocabulo malas artes dicimus, circulatorum, ariolorumque studia, mulierum, mancipiorūque nequissimorum expiationes, & lustrationes profitentium, mutationesque amoris in odium, aut ex aduerso in amorē odij per quasdā passiones amatorias, & incantamenta idonea.

Lib. 1. de rer. inué. c. 23.

Li. 2. diu. instit.

Ex communi gentium, populorumque voce, & ex iudicijs Inquisitorum vera ista esse deprehenditur. Cap. XI.

QVicquid ab innumerabili hominum vtriusq. sexus multitudine asseritur, varijsque temporibus, quasi vno ore omnes loquūtur, affirmāt, proculdubio credendum est, & nulla mora negandus. At cum omni hominū ætate, & ab omnibus populis, vbique locorum obseruatū sit, quosdā esse, qui veneficijs homines afficerent, contra quos omnes vniuersi sectæ pœnas imposuerūt: ista velle negare, & impugnare sanè magna est pertinacia. Si enim duobus testibus, & in præiudicium al

terius tam in iudicio, quàm extrà iudicium de rebus, quæ possunt contingere, fides habetur; multo magis credendū est multitudini aliquid vniformiter asserenti, quia, si cui minus videtur inesse; inest; ergo, & cui magis, per regulam topicam. Maxima autē est multitudo eorum, qui ista enunciāt, & quæ narrantur sunt possibilia: vt ex sacris literis, alijsque cōplurimis auctoribus est probatū: quare non sunt ità leuiter contemnenda, passimq; neganda. Addamus, quod famosa apud omnes, aut sunt necessaria secundum totum, aut secundū partem: impossibile est enim, vt famosum sit falsum secundum totū, vt scribit Commentator: hæc autem semper famosa fuerunt in omni seculo, & apud omnes nationes, ità vt veritati assentiri cogamur. Si inspiciantur mille capitis iudicia, & scripta, quæ tot Patres Inquisitores de huiusmodi maleficijs ediderunt, non erit amplius dubitandi locus: cum vnicuique in arte sua perito, & experto credendum sit: vt in iure Cæsareo scriptum est. Expertus enim id magis consequitur quod intendit, quàm ille, qui rationem absque experientia tenet, vt testatus est Arist. Cum etiam non minus credendum sit peritorum hominum, & seniorum, seu prudentum pronunciationibus, & opinionibus absque demonstratione, quam demonstrationibus ipsis, auctore eodem philosopho; ideò certissimum erit, & consequenter maxima fides habenda ei, qui simul sapiens, & expertus fuerit. Inquisitores verò hæreticæ prauitatis vt in pluribus sunt viri peritissimi tam in iure pontificio, quam in sacra Theologia, & ad Theologos, iurisq; pontificij consultos pertinet determinare, an veneficia sint, vel possibilia, an imaginaria, credenda, vel

Lib. de son. & vig.

l. semel. C. de re militari.

1. Meta. c. 1. & 6. moral. c. 6. 6. moral. c. 11.

vel non credenda. Et ipsi Inquisitores sunt iudices super depositionibus, ac testificationibus factis de talibus, & super eorum confessionibus, an impossibiles, & verisimiles, an fictitiæ, & imaginariæ, an à fatuis, vel certè ab his, qui mentis compotes sunt, fuerint factæ: qua assertione prolatæ; quam efficaciter comprobatæ, & consequenter in huiusmodi iudicandis super omnes experti. Cum ergo propter hæc ipsa, quę asseruntur iuridicè sint malefici, & magi isti ab Inquisitoribus grauissimo judicio condemnati: nemo debet esse tantæ temeritatis, vt eorum sic damnet iudicia, quæ deludenda, & iniquissima essent, si pro somnijs, vel rebus imaginatijs, à veritateque alienis, tot acerrimis tormentis afficerent, & tandem excruciandos, & perimendos traderent. Prætereà multi uiri tam in vtroque iure versati, quam in sacra Theologia, multa reliquerunt volumina, in quibus dilucide, ne luculenter ista vera esse docent. Ita per locum ab auctoritate peritissimorum, ac sapiētum, quorum non est numerus, omnibus persuaderi, nullusque dubitationis locus esse debet, quin talia sint vera. Quod si ad consequendam veritatem periti requiruntur; qui nam peritiores ipsis veneficis inueniri possunt, qui tribus millibus ab hinc annis actiones suas, sacrificia, veneficia, nocturnas asportationes, confessi sunt, & ad mortem vsque confirmarunt? Quot enim in Germania, Gallia, & Italia cremati sunt, quorum concors fuit vbique confessio? Si itaque communis consensus legis Dei, & eius Ecclesiæ, Conciliornm, legum Canonicarum, Constitutionum Pontificialium, Sanctorum, Theologorum, Summistarum, Legum humanarum, Platonicorum,

Peripateticorum, Medicorum, Historicorum, Poetarum, ex professo, ac de alijs rebus scribentium, omnium populorum, iudiciorum, confessionum, conuictorum, collectionum, executionum, & communis sententia prudentum virorum non sufficit ad probanda veneficorum opera quænam maior, & efficacior probatio desiderari potest?

Finis Libri Primi.

DE

DE MORBIS VENEFICIS. AC VENEFICIIS

BAPTISTAE CODRONCHI MEDICI.

LIBER SECVNDVS.

Quid sit veneficium ex aliorum sententia explicatur, & imaginationem illius non esse causam probatur.

CAP. I.

VEneficium in rerum vniuersitate reperiri, cũ iam prolixa satis oratione fuerit demonstratũ; propositus ordo exposcit, vt quid sit veneficium aperiã. Quod quidem ex aliorum sententia, est perniciosa quædam qualitas intensa imaginatione, vel visu, vel tactu, vel voce, vel naturæ proprietate, cõiunctim, vel diuisim, vel Cœli obseruatione, vel orbium motoribus adhibitis, propter odium, vel amorẽ inflicta. Quæ tamen veneficij explicatio,

cum partes omnes falsas contineat, vt eas singulas examinando manifestum erit, admittenda nō est. Ac primum quidem, licet plurimū veneficorum effectus sint adeò manifesti, & sensui ità pateant, vt nemo audeat negare: nonnulli tamen philosophi ex sententia Auicennæ quarta sexti naturaliū particula, vt Pomponatius, & Ioannes Baptista

Cap. 4. Mantuanus, à quibusdam causis naturalibus produci, non autem à maleficijs ope dæmonum arbitrantur, & potissimum ab intensa imaginatione, cui tantā vim tribuere, vt, non solum propriū corpus imaginantis, verū etiam alienum reipsa, ac verè immutare posse, & multa naturalia, & præternaturalia ex ipsa fieri crediderint: verū etiam, quæ agentis physici limites superant, vt maleficorum veneficia, ac diuinationes. Ideò similitudinem, ac dissimilitudinem natorum, marē, & fœminam ex imaginantiū conceptione coitus tempore fieri voluerint. Plerosque fœtus maculis varijs; & notis aspergi, defœdarique ex intensa matris imaginatione: Est enim fœtus eorum pars quandiu est vtero adnatus. Præterea dentes obstupescere ex acrium rerū cogitatione; altero rem asperā secante, vel serram exacuente, horrorem incuti: plerosque ex vulneris, vel sanguinis ex vena excūtis inspectione, vel alterius similis rei animo deficere; ex rerū rubrarum intuitione sanguinem è naribus quibusdam effluere: ægrotantes complures ex cōcepta de medico opinione pristinæ valetudini restitui: & nonnullos sanos ex valida de morbo suspitione ægrotare: ex frigoris imaginatione, frigore corripi; odia, amores, & omnes alias demum animi passiones ex ipsa imaginatione prodire asserunt ex Aristotele sect. 7. probl. 2. & Auicenna 2. par. doc. 2. ca. 14. Inter alias enim potentias animæ sen-

ſentienti attributas, quæ corpora noſtra alterant, phantaſiam ipſam eſſe exiſtimant; & eo magis, cum imaginationi aſſenſus; vel diſſenſus accedit; ex quibus paſſiones, & alterationes oriuntur, quarum qualitate corpus diuerſimode afficitur, & alteratur. Quod autem imaginatio alterandi poteſtatem habeat; hinc patet; illæ enim animi operationes nos alterare poſſunt, quæ magni ſpirituum motus ad diuerſas corporis partes internæ, & externæ cauſæ ſunt; ſed ex imaginandi virtute in nobis id accidit: igitur vt notiſſimum id præſupponendum eſt. Quod autem imaginatio externa corpora pertingere, & afficere poſſit, probant, eo quod corporis ſpiritus ea, quæ eſt qualitate affectus ad imaginationem defertur, qua quidem qualitate, iuxtà imaginantis voluntatem, & imperium, aer inficitur, & corrumpitur: à quo poſteà veneficium contrahitur: ſpiritus enim imaginationi deſeruiens non ſecus ac rationale quoddam ſidus in quaſlibet res, pro intenſe imaginantis volontate radios ſalutares, vel pernicioſos diffundit: Hac via vehementi deſiderio imaginationi addito, venificus amorem, odium, valetudinem, ægritudinem, vitam, & interitum inferre poteſt. Immò etiam imaginatione intermedia, res quandoque futuras aliquos præſagire volunt, quando ſpiritus imaginatiua virtuti ſeruiens, adeò auctus eſt, ſubtilis, ac penetrans efficitur: vt per quam abditam, reconditam, & penitus ignotam rem præuidere poſſit. Sed, ſitne vniuerſus hic de imaginatione ſermo verus, an non, præſertim de ſimilitudine, vel diſſimilitudine natorum, maoculis in fœtibus, ſtupore dentium, horrore, tremore, & cæteris ſimilibus, quæ fortè

causas rerum naturæ magis conuenientes habent; hic disputare superuacaneum esse duxi: & veneficia tantum, diuinationes, & nõnulla alia ex imaginatione non proficisci, erit probandum. Qui.n. fieri potest, vt imaginatio aliena corpora transferat in alienas regiones, imperet aeri, commoueat pluuias, grandines, ventos? præstantior enim longè esset imaginatio, quã intellectus: nõ enim quia dicat intellectus rem esse, vel non esse, idcircò res est, vel non est: sed è conuerso: mouetur quippe intellectus ab intelligibili: si igitur ex imaginatione res fierent, vel mouerentur; imaginatio esset similis intellectui diuino, qui verbo omnia fecit, quo nil absurdius excogitari potest; cum ideo tantum imaginatio nobis insita sit, vt imagines rerum, quæ per sensum percipiuntur, seruet, easque, quoties opus est, intellectui offerat. Quod veneficia, amor, odium, & cætera relata ex imaginatione inferri non possint; siue potentiam ipsam imaginandi, siue speciem, vel simulacrũ imaginatũ, seu imaginationis actionem nomine imaginationis intelligamus; minimo negocio comprobari potest: non enim ex imaginandi potentia sola, & simpliciter accepta, amor, vel odium, ægritudo, vel sanitas, & cætera huiusmodi prodire possunt, siquidẽ imaginationis potestas absque specie, & actu nihil efficere potest: non enim secus se habet imaginatio specie carens, atque oculus clausus; & sicut, dũ animal dormit occlusis oculis, nihil videre, nec aliud agere dicitur: sic anima sine spetie, & actu imaginandi, secundũ potestatem imaginandi efficere nihil potest: Nec simulacro ipsi causa potest tribui taliũ effectuũ, quia quæ imaginatio concipit ab obiecti, rerũ effigies, ac similitudines sunt, & non res ipsæ: Species vero, quæ recipiuntur

tur in imaginatione, non sunt res ipsæ veræ, ac viuæ, sed viuarũ, ac verarum rerum similitudines: At similitudines nil aliud efficere possunt, quã res illas, quarum formæ sunt, & effigies, ostendere, ac præseferre: Cum autem nulla res vltrà suam speciem, siue virtutem quidquã agere possit, qua ratione tributũ simulachris hisce putam⁹, vt aliquid efficere possint? Quocircà cum similitudines nihil amplius efficere possint, quàm sese spectantibus, & meditantibus offerre, idque in proprio, & non in alieno corpore; credi nequaquam potest, per huiusmodi imagines, & similitudines veneficia, & alia prædicta fieri. Quod autem per imaginationis actum nec veneficium, nec quidquam aliud simile fieri queat, luce clarius ostendam: Siquidem pluris, siue maioris virtutis non potest esse imaginationis actus, quàm sit species ipsa, siue obiectũ, quod imaginationis actu concipitur: sed vis obiecti imaginabilis, siue speciei eiusdem, est solũ repræsentandi, & non alterandi corpora, nisi fortè per accidens ipsi obiecto cõuenire hoc possit, quatenus corpus est: ergo virtus actus ipsius vim solũ repræsentandi, non immutandi corpora malefica actione habebit; eoque magis hoc ipsum corroboratur, quoniã imaginationis actus in eo, qui imaginatur, manet, minimèque in aliud exterius subiectum, quasi fœcunditatẽ habens, transire potest, sicut meorũ oculorum videndi actus alijs cõmunicari non potest; pari modo, & mea imaginatio in alterum migrare non poterit; & quemadmodum oculi colorata, quæ intuentur, non alterationibus afficiunt, ità & virtus imaginatrix rẽ nullam, cuius similitudinẽ, & imaginem contempletur, immutare potest, solus enim De⁹ res quas cernit, eo pacto quo suæ diuinæ libet volũtati permutare

tare

tare potest. Quinimò imaginatio vt imaginatio est, non solum in alieno, verum ne in suo quidē corpore quidquam imutare potest: Nam agens in id magis agere solet, quod sibi est propinquius, quam in remotius: præsertim si propinquius alterius naturæ non sit, quam sit remotius, sed eiusdem siue similis dispositionis, sed species imaginationis ipsi homini, cuius imaginatio est, propinquiores sunt, quàm alijs suppositis. Si ergo hominem in quo sunt, maleficio afficere non possunt, multominus alia ab ipso afficere possunt. Prçtereà, licet intelligentiæ sint superiores animę humanæ, naturaliter tamen operationes rerum harum nisi agentiū naturaliū medio, & interuētu, vt putà pluuias, terræmotus, ac tempestates efficere nequeunt, ergo tanto minus eadem ab anima nostra præstari posse, erit dicēdū: imaginatio nāq; motus est à sensu factus, qui à rebus, quę foris sunt proficiscitur, simulacris rerum in sensus receptis: rerū autem simulacra, vel parem, vel imbecilliorē facultatem rebus ipsis, à quibus separantur, habebunt; effectus autē causis potiores esse nō possunt, nec pars toto: quo fit, vt anima imaginatione rerū affecta rebus ipsis potētior esse nō possit, vt taliter affecta: res autē, quarū formis sunt affectæ, nullū ex veneficis effectibus efficere possunt, ergo nec anima quatenus est affecta simulacris, & imaginibus. Postremò, vel ex imaginatione forti agens anima id perficit contactu, vel non: non contactu, quia in maxime distantia agit, ergo sine contactu; at q̄ sine contactu agunt, in infinitā distātiā agere possunt: nā interualli mensura in naturali actione solum ratione tactus requiritur, ergo anima nostra in infinitā distātiā agere poterit, & per cōsequens erit infiniti vigoris, quod est absurdum. Quod si expe-

experientia docuit imaginantiũ corpora imaginando alterari, & scripsit hoc Arist. lib. de motu animal. non propterreà & aliena corpora per illã imutari maleficio posse, opinari debemus. Primũ enim non omnis imaginatio imaginantiũ corpora alterat, sed solum rei appetibilis, siue conuenientis, aut non conuenientis appetitui, vnde excitatur concupiscentia, aut fuga, deinde sequitur huiusmodi alteratio propter coniunctionẽ inter phantasiã, & appetitũ imaginantis animæ, quæ coniunctio non est inter imaginationem vnius suppositi, & appetitũ alterius, quare sicut imaginatione mea alterius corpus non alteratur, sed meũ tantũ, multominus maleficio afficietur, cũ illo propriũ corpus nõ afficiatur. Prætereà actio, & passio, vt Arist. docet, non sunt per agentis in meatus passi ingressum, sed per contactum dumtaxat, verum quia speties in imaginatione receptæ externa obiecta tangere nunquam possunt, minimè veneficare eadem idonea sunt. Quæ verò ex aduerso adducuntur ex iam dictis facile dilui possunt; esto enim imaginatione alterentur corpora imaginantium; at non propterea pro voluntate veneficorum aliena, distantia, absentiaque permutari poterunt, vt iam dictum est; similiter neque hoc ipsum præstabit corpus malefici per imaginationem suam mutari; tum quia passio illa corporis naturalis in distans, & pro voluntate venefici non potest agere, tum quoniam illa alteratio non est venifica, alioqui veneficus prius maleficio afficeretur. Imaginationem prætereà esse veluti quoddam sidus salutares, vel perniciosos radios diffundens, & cui omnia sublunaria tanquam cœlesti intelligentia pareant; eiusque vi conceptus volatiles reddi, & ad plane-

tas

tas ferri, innumeraque mala & calamitates inde mortalibus inferri, & similia, à ratione, veraque philosophia aliena sunt, & nugę, mendaciaque satanica superstitione inuenta.

Maleficia per visum inferri confutatur, & singulorum, quæ ab oculorum radijs fieri iudicantur, vera causa redditur.

Cap. II.

OCuli inter cætera corporis nostri membra ita animi mores, ac affectus intimos pandunt, vt in ipsis animus inhabitare videatur, gaudente enim animo hilariter subrident, & eodem mœrẽte, ipsi quoque hebetantur, ac languescunt, metu inualescente turbantur, grauiori molestia premente lacrymas effundunt, ira efferuescente tumescunt, & rubore suffunduntur, in mansuetudine remittuntur, in cogitatione, & cura quiescunt, & hærent, & in morbo comitiali aperti, nihil cernunt, animo caligante, ita vt omnibus animi affectibus statim respõdeant, quid mirum igitur erit, cum male animus est affectus, & oculi ipsius animi ministri, & affines sint, si per eos etiam veneficium inferri possit, vt glossa D. Pauli, in ea verba; ò insensati Galatæ, quis vos fascinauit, nõ obedire veritati, affirmare videtur, cuius rei perpulchram admodum instituit Plutarchus disputationem in Sympostacis sermonibus: an scilicet veritati consonum sit, aliquos habere oculos veneficos, siue vt vertit interpres, fascinatorios, quod tamen tanquam notum ex multis historijs credendum esse testatur, præterquam quod rationibus etiam

Lib. 5. probl. 7.

etiam facilius persuaderi potest, ex oculis enim radij quidam, & spiritus, seu effluuia emittuntur, qui veluti iacula quædam, ac sagittæ ad corda eorum, qui veneficio afficiendi sunt, deferuntur, totumque corpus inficiunt, atque ità vt nulla interposita mora non solum homines, & bruta animalia, sed & arbores, & segetes perniciosa qualitate inficiant, & ad interitum deducant; quam vim maleficam aniculas mulieres maximè habere deprehenditur, quas visu nocere vbique compertum est: De Eriphyla enim venefica legitur, quod quęcunq; animalia esset intuita, veneno statim lethifero afficiebantur, ex quo illud adagium emanauit, Anus Eriphus. Isogonus tradit referente Plinio, in Triballis, & Illirijs esse familias quasdam effascinantium pręterea esse qui visu effascinent, interimantque, quos diutius intuentur, iratisque præcipuè oculis, & puberibus potissimum nocere, huius generis fœminas in Stythia, quæ vocantur Bythiæ, Appollonides prodit. Prætereà Tibios olim Ponti accolas in oculorum altero gerentes geminam pupillam, in alio equi effigiem, non pueris modo, sed adultis quoque exitiosos fuisse, scriptum reliquit Phylarcus, tabescere enim, & morbis implicari, qui eorum obtutum, anhelitum, aut loquelam sustinuissent, quod mali senserũt mercatores aduenę, qui emptitios inde seruos educere solebant. Fęminas quoque omnes vbique nocere, quæ duplices pupillas habeant, Ciceronem auctotem Plinius citat. Veneficiorum quæ uisu inferri solent, mille historiæ leguntur, inter alias tamen, vnam dumtaxat ab auctoribus grauibus, & certis relatam libet hic transcribere, cuiusdam videlicet mercatoris, qui cũ in partibus Suetiæ extra quoddam castrũ duobus famulis comitatus, perambula

Lib. 7. ca. 2.

ret,

ret; malefica quadam muliere vnus ex consertis à longè cognita, adhortatus est mercatorem, vt signo sanctæ crucis se muniret, quoniam illius ditionis precipua venefica, quæ solo intuitu maleficia inferre sciret, ipsis obuiam veniret, quod monitum ipse paruipendens, & ista nunquam sibi timorem incusisse asseuerans, cum vix illa protulisset verba in pede sinistro illatam læsionem expertus est, ità vt cum pedem è loco amouere non posset, & dolore lancinaretur, ad castrũ equo fuerit deductus, vbi per triduum doloribus auctis, accersito quodam villico, qui huiusmodi mala curare profitebatur facto periculo ex plumbo liquefacto, & in aqua supra pedem illum proiecto, morbum ex maleficio ortum esse deprehendit, illumq; quibusdam prolatis verbis, & tacto pede per aliud triduum curauit. At non solum oculi hominum tanta pernicie, verum etiam brutorum animalium præditi sunt, quidam enim ferarum scriptores, & præsertim Plinius memoria prodiderunt, Basiliscum esse ità exitiosum, vt solo oculorum intuitu, homines, cæteraque animalia interimat. Gallorum quoque oculis semina quædam, ac spiritus inesse ferunt, quibus leonibus dolor, ac mœror incredibilis incutitur. Nec dissimilem naturam lupi habere perhibentur, qui si priores obuiam quempiam conspexerint, illico illi vocem adimunt, vt ne sonum quidem emittere possit, tantum abest, vt vociferari, aut fari valeat. Testudines etiam fouere oua, & fœtus excutere oculis dicuntur. Quid autem mirum, quod natura tantam vim oculis indiderit? cum videamus menstruatas mulieres specula intuentes ea sanguinea nube maculare, & amoris ægritudinem sit à visu pendere, vt amans diffluat, ac liquetur quoties ama-

Lib. 29. cap. 4.

amasiam spectat, vel in illam commigrans ex mutuo illo aspectu, & quod ex oculis emanat, siue lumen, siue profluuium quoddam quod amantes conficit, atque interimit, permixta dolori voluptate. Qui tangunt, qui audiunt, nō perinde vulnerantur, afficiunturue, vt ij, qui fixis oculis spectantur, & vicissim spectant, tanta ex obtutu in intima viscera penetratio, tantusque ardor nascitur. Nonne & admiratione dignum est, quod de *Galgulo* scribit Plinius, quæ regiū morbum *icterum* dictū ad se attrahat, ipsumque per oculos effusum hauriat, homo vero qui tali morbo erat correptus, sic ab alite visus sanatur, & ales morietur. Inter reliqua morborum genera lippitudo à græcis ophtalmia dicta, solo intuitu cōtrahitur, adeo momentaneam, perniciosamque vim visus habet, vt alter affricare mali originem, & inijcere possit. Nec solum corporis, verumet animi affectiones per oculos noxā in visos transfundere possunt. Quotiescunque enim inuidia tabescentes liuidos in aliquem oculos defigunt, animi simul venenum vibrant, & quasi iaculis virulentis inuisum confodiunt, ac vulnerant: cōplura alia Plutarchus adducit ad comprobandam veneficiam hanc in oculis vim, quæ prudens lector ex se legere potest. Equidem veneficia per visum inferri inficias ire non debemus, cum & plurimis experimentis, auctoritatibusque res hæc sit comprobata, sed qua ratione ex sola visione inferantur, difficillimum est percipere, cum enim oculus sit à natura duplici facultate donatus, vt testatur Galenus, motrice videlicet, & visoria; prior multis alijs particulis communis est, altera verò ipsi peculiaris, cuius ratione ad exactam rerum, ac scientiarum cognitionē facile

Lib. 30. cap. 10.

E peruc-

peruenimus, vitam conseruamus, vtilibus electis, & ipsam tuemur noxijs vitatis, ideo in parte sublimiori fuit collocatus, vt esset tanquam custos, & speculator, ne pedes declinarent à recta via, & ne manus apprehenderent nocua, & ne ipse extrinsecus irretiretur periculis: cum autem præter has duas actiones nullam aliam sit sortitus, sequitur venenandi, & interimendi vim ab ipsius natura multum abesse, cum ad multas rerum differentias ostendendas, non autem ad res ipsas abolendas, & exterminandas procreatum esse dixerit Arist. Quod si veneficia inferri intuitu solo videantur, ex natura, & oculi proprietate nequaquam emanare possunt, sed est necesse aliam indagare causam nobis, & naturæ occultam. & quamuis de videndi modo inter antiquissimos etiam philosophos fuerit controuersia; cum aliqui dixerint vt Galenus fieri per radiorum emissionem ab oculo ad rem visam, Aristoteles verò per actionem obiecti in organum visus per medium conspicuum. Plato verò in Thimæo ex concursu, & vnione radiorum ab oculis extramissorum, & specierum visibilium ab obiectis delatatis in medio aere: neutri tamen ob alium finem visum homini esse datum dixerunt. Nam cum ad videndum duo præcipuè sint necessaria, videndi facultas, & ipsius obiectum idoneum: ex horum nullo veneficium originem ducere, probare enitar. Non ab obiecto ipso, quod, cum visibile esse debeat ex Aristotele in lib. de anima; erit vel color, vel lumen, si videndi obiectum colorem spectemus, nequaquam per eum ueneficium immitti potest: si quidem omnis coloris natura est, vt luce irradiatus actu diaphanum moueat: cum enim vide-

re

re sit quoddam pati, vt ait philosophus, & color 7. phys.
semper à sensu distet, medium aliquod interce-
dere necesse est, per quod color in sensum agat,
quod quidem medium, diaphanum ipsum est:
nam, vt idem Arist. docet, agens, & patiens opor-
tet esse simul: quare color diaphanum mouet, qui
color speciem suā in eiusmodi medio lumine af-
fecto intentionaliter multiplicat, diaphanum au-
tem coloris speciem ad oculos defert: & ità vidē-
di actio absoluitur: Vnde si ex parte obiecti quid-
quam incommodi, vel læsionis orietur, nulli nisi
oculis ipsis noceretur: id quod fieri videmus quā
do excellens obiectum illis offertur, quod sensum
corrumpit, vt cum oculos radijs solis obijcimus.
Non ergo ratione obiecti per oculos quisquam
veneficia inferre potest. Nec etiam ratione pote-
statis, quæ siue passiua sit, vt Arist. ait, sentire est
quoddam pati, quantum ad organum: siue actiua
quatenus scilicet, apprehendit, & de obiecto iu-
dicat, per visum veneficium inferri non potest:
non quidem vt actiuus: quoniam, vt actiua virtus
est, hoc solum obtinet, vt in ipso oculo formā obie
cti visibilis exprimat, siue actū visionis, quæ subla
to visibili trā sit, & desinit, eliciat; vnde impropriè
actiua dicitur, Quod si ita est, passionē alijs inferre
nō potest, sed ipse ab alijs patitur: Nec quatenus
passiua, quia vt Arist. in 1. de gener. ait, sensatio spe
ciē recipiendo fit, at, dum à re obiecta speciē reci-
pit, in alios veneficiū iaculari nō potest; species. n.
visibiles ab obiecto diffusę, & in sentiēdi parte re
ceptę, sentiēdi actū absoluunt. Quod si vis passiua
quatenus patitur, & recipit, agere; & cōmunicare
nullo modo potest; neq; virtus oculi, quatenus pas-
siua est, passionē alijs inferre, neq; venena funde-
re poterit. Quinimò si visus, species quas recipit,

in alios iaculari posset; etiam tunc fascinare non posset, siquidem species non est res, sed rei vestigium, & simulacrum, quod omnis actionis est expers, vt Themistius, & Alexander inquiunt,& tantum visum ad videndum excitat: quod inde roboratur, quia visus immanens,& non transiens actio appellatur: Per transeuntem actionem semper aliquid fit, quod actione absoluta manet, vt ædificatione perfecta domus ædificata relinquitur; sed desistente visione, nihil superest, vt Alexander, & Aristoteles fatentur; ergo immanens actio est, vt idem in lib. diuinorum fatetur, & ad externa obiecta nihil iaculari potest. Reliqum modo est, vt his, quæ in oppositam partem fuerunt adducta satisfaciam. Et ad illud primo, quod aiunt, ex oculis spiritus, & defluuia quædã emitti, quę cùm veneficandi secum deferant ad corpora visa, dico cum Aristotele, visionem non fieri spirituum emissione, sed specierum receptione: quod si spiritus ex oculis exire concederem, animalia parum viuerent, ex continua enim spirituũ ab oculis effusione eorum corpora languida, & imbecilla redderentur, & tandem etiam nõ magno temporis interuallo interirent: quod tamen non euenit: nam ex magna, vel longa inspectione oculus quidem, ac vis visiua debilitatur, sed totum corpus nullam virium imminutionem patitur: Quanta verò virium eneruatio, atque imbecillitas fiat ex consummatione spirituum patet in sectione venæ, & in congressu venereo. Præterea, si spiritus ex oculis veneficorum egrederentur, & ad corpora veneficio afficienda peruenirent, quis eos ad rem visam comitabitur? num rationis participes sunt? quomodo flantibus ventis ab eorum impetu dissipati, & ab eccellenti ca-

lido,

lido, vel frigido consumpti, ad rem visam peruenire, & eam veneno inficere possent? Nec mulierculis, vetulisue, hæc veneficandi vis adscribi debet, eo quod in aniculis menstruus sanguis cohibitus in corpus redundet, vt nonnulli persuadere contendunt: cum enim menstrua purgatio vetulis ex ætate, & naturæ præscripto deficiat, neque ipsis, neque alijs aliquid mali est allatura: quin etiam eæ, quibus ex morbo suppressi sunt menses, multo vehementius pueros fascinarent: quod non oculis modo, verum etiam habitu, & expiratione vis efficacior esset. Accedit, quod cum in anibus cornea tunica adeo rugosa sit, & talem crassitiem membranæ omnes contrahant: vt aliæ quidem prorsus nihil, alię verò malè, aut vix videant (& ideo Arist. asserit, facultatem animæ iudicatiuam, & animam ipsam per senium non debilitari, sed solum organum corporeum) & cũ oculus in sene sit factus terrestris, ac minus perspicuus; hinc fit, vt minus aptus sit ad lumen, & ad colores recipiẽdos; officium enim organi est recipere, & animæ iudicare: ideo si senex acciperet oculum iuuenis, videret vtique, vt iuuenis, præterquam quod spiritus superne parcior in aniculis adfluit: ex quo visio debilior efficitur, & ideo, cum aniculę parum, ac diminutè videant, & exiles spiritus ab oculis emittant; fieri non potest vt maxima fascinandi vis in ipsorum oculis vigeat, Imò, esto quod spiritus huiusmodi virtutem haberet, tamen ob ipsius inopiam, tum quia ipsę siccæ sunt naturæ, veneficio minimè afficere possent. Si quis verò solo intuitu aliquando mala inferre putamus, vnde homines, & pueri potissimum ad tabem, vel aliam affectionem deueniant, equi macrescant, & emoriantur, segetes

1. de anima tex. 65.

 lan-

languefcant, arbores arefcant; pecudes lacte destituantur, ac deniq; alia malorum genera infligantur, non oculorum naturæ, non totius vitiato temperamento, fed dæmonum virtuti adfcribendum eft, qui virulentam qualitatem, & contrariā illi rei, quam pefundare volunt, iaculantur quæ qualitas odore folum, aut rerum adhibitarum vapore humores corrumpit, & morbos procreat, quos poftea nulla medicorum vis cognofcere; nedum fanare potis eft: nam, vt D. Bafilius cognomento magnus teftatur in homilia de inuidia, dæmon vtitur inuidorum hominum oculis, vt inftrumento quodam ad lædendum: nam ex pacto inito inter primum veneficum, & ipfum dæmonem, vt quoties voluerit veneficus aliquem veneficio afficere, cum eo animo infpiciat, & ficuti dæmon ex apofitis quibufdam rebus, vel in lectulis, vel in liminaribus domorum ijs vtitur tanquā inftrumentis ad lædendum ex pacto inito: ità & oculis veneficorum eadem ratione: ipfe verò eft ille, qui ftatim virus eiaculatur, vel humores cōmouet, vel foluit continuum, vt varias inferat ad nutum veneficorum ægritudines. Quod verò id naturę vi effici non poffit, hinc clarum effe poteft. Primum fi maleficiorum effectus confiderentur, non nifi multo tempore, & multis præuijs difpofitionibus perfici poffe videntur, fi à natura fint; vt in fimilibus obferuamus, deinde quod hominibus nocet, fegetibus, arboribus, ac brutis animalibus officere non folet: & nihilominus, quæ per vifum inficere putantur, eodem intuitu, & nulla interpofita mora, vt fuperiori exemplo patet, quæcunque volunt, fafcinant, ac interimunt. Ex dæmonum igitur actione, & maleficarum prauitate accidunt: & ideò omnes auctoritates, qui-

bus

bus per oculos veneficium exerceri demōſtratur, hoc pacto ſunt interpretandæ. Verum quia non omnes nouerunt, tali facultate dæmones eſſe præditos, ideo huiuſmodi cauſam oculorum naturæ aſcripſerunt. Interdum tamen accidere conſueuit, vt pueri, & homines imbecillæ naturæ, quos facile infectio penetrat, viſu, & exhalatione inficiantur: ex ſordidis enim, & male affectis corporibus vapores tetri, ac inſuaues, tanquam ex palude quadam limoſa exhalare ſolent; ex quibus alij facile inficiuntur: Vt cum quis phtiſi, lepra, peſte, vel alio contagioſo morbo affectus alios inficit: idque non maleficium, ſed contagium dicendum eſt? ſicuti etiam ophtalmia laborantibus vſu euenire conſueuit, ex quorum oculis lippis in alterius oculos lippitudinē transfundi poſſe ex Galeno, & ipſa experientia didicimus, ac ſimilē infectionē inferri, quæ tamē viſio nō eſt, ſed vaporū prauorū extramiſſio, qui ad oculos ſanos delati, ipſos inficiunt; tales aūt putridi, ac corrupti ſpiritus à contagioſis morbis, & male affectis corporib. exeuntes, virtuti corporū nō obediunt, nec certum, determinatumq; potius hominē, quam quemlibet obuiū ſine diſcrimine lædunt: ſi .n. corporis virtuti parerent, eoſq; natura regere poſſet, ac eiſdē dominari, in corruptionē, vel putredinē abire nunquā pateretur: nec rationi conſentaneū videtur, vtilem, ac bonum, quem natura à putredine vindicare nō potuit, putridū iā, & exitialē gubernare, & quoi ſumlibet porrigere poſſe. Profectò ſi halitus ſeipſos ad præfinitū locū conferendi, & res imperatas faciendi vim haberent, nemo eſſet, qui rationis particeps eos non arbitraretur: & ſi animati forent, talia p ſpiritus fieri, cōcedere poſſem⁹: ſed cū animę expertes ſint, & ſui itineris

7. de dif. feb. ca. 3.

ducem nullum habeant, ad præfinitam rem lædendam deferri nequeunt. Quod si fiat, dæmonibus, vt dictum est, ascribi debet. Verum quidem est, quandoque contingere, vt ex tetris, ac fœdis irati hominis, aut aniculæ oculis, tenelli pueri, & ad morbum parati, ex huiusmodi intuitu perterrefacti, in varios morbos incidant; in quos fortasse ob aliam causam paulò post incidissent. Quæ quidem ratio veneficij nomen non meretur. Cur verò Tryballi, & Illyrij, quædam Bythiæ fœminæ, Thibijque visu multà mala inferant, Plutarcus prauę corporũ dispositioni causam ascribit, itaut, ex contrectatione, ac contagiosa ipsorum coniunctione, morbis exitiosis aduenæ implicentur; quod probat exemplo pennarum aquilæ, quæ adhærentes pennis reliquarum halitum, ipsas absumant. Plinius verò arbitratus est, in oculis horum à natura fuisse genitum venenum, quo cæteros homines lædant; cui opinioni subscribens Fernelius, ait, id raro, & quasi miraculo priuatis quibusdam naturam irrogare; Quæ tamen omnia figmenta quædam, ac nugæ sunt, vt ex superioribus patet: & vera causa est, vt ex inito antiquitus cum dæmone pacto hi visu mala inferre sciant. Nec quia nonnulli oculos cæsios, aut glaucos, aut virides, aut diuersi coloris habent aut duas pupillas, in ijsque modo equi, modo alterius rei speciem gestent, fascinare dicuntur, hæc enim colorum in oculis varietas, ex humoris vincentis, vel caloris, siue amborum commistione in cornea tunica oritur: sed potius quia cum dæmone, fœdus inierunt. Quod etiam de Basilisco circumfertur, falsum esse censeo, vt virulentis radijs ex oculis emissis, quoscunque intuetur, interficiat: sed potius per venenosos habitus necem infert,

fert, fortaſsè per ſibilum virulentam expirationẽ efflans. Quod verò aſſerunt, ſi ſeipſum in aqua, vel ſpeculo intueatur, illicò emori: nullo pacto verum eſſe poteſt, cum quia ſpiritus ex oculis exire nō poſſunt, tum ſi id admitteremus, exitioſi Baſiliſco non forent, cum ei venenum congenitum familiare eſſe dicatur: & quamuis ſciam aliquos doctiſſimos viros aſſerere Baſiliſcum non reperiri, auctoritatibuſque, ac rationibus id probare, affirmantes ea, quę de ipſo ſcribuntur, præſertim à Plinio, eſſe fabuloſa: cum tamen horum opinio deroget auctoritati ſacrarum litterarum ſanctorumque Doctorum illas explicantium, hanc diſputationem omittere, ſatius duxi. Ad illud de gallis, qui per oculos dolorẽ leonibus incutiunt, vt Lucretius ait, dico inter bruta animalia conſenſum, ac diſſenſum eſſe: vt de muſtella, quæ miro eiulatu in bufonis os ſe deuorandam ingerit: Sed his, hominis proprietatem longè diuerſam arguere non poſſumus, cum maior diſſimilitudo inter hæc, quàm ſimilitudo inueniatur. Quod verò de lupis voce priuantibus, quem viderint, ni ipſi antea videantur, quid ſentiam, in tractatu de vitijs vocis Deo dantę, explicabo. Nec teſtudo oculis oua fouet, ſed illa cuſtodiendi ſtudio ſpectat, vt ab eis nociua remoueat, & hac ratione ea fouere dicitur, non quod per oculos calorem eis communicet: ad fętus enim excutiendos terræ calor ſufficit: Id autem quod de menſtruatis mulieribus fertur, nos mouere non debet, quod leuigata ſpecula ſi aſpiciant, ex oculis emiſſa ſanguinea nube aſpergant, viſionem ſiquidem non ſpirituũ emiſſione fieri, ſed ſpeciem receptione, iam dictũ eſt. Si vero ſpecies ex oculis exire concederem, quo pacto tanta ſpirituum copia elabi poſſet? inſuper

Libr. 8. nat. cap. 21.

ſi

si cũ aliquid intentè inspicimus, tot species emitterentur, animalia parum uiuerent: cum sine spiritibus anima in corpore permanere haud possit. Non igitur specula ex spiritibus ab oculis emissis tinguntur; sed potius à uaporibus ab ore, & naribus exeuntibus maculæ in speculis fiunt; ut cuiq; periculum facere uolenti notum esse potest. Quod autem non amantis intuitus, sed animi libido amãtem in uarias insanias rapiat; hinc clarũ fiet, quia plurimi sunt, qui seu uideant, seu uideantur, nunquam tali uesania afficiuntur: At si spiritus ab amatæ oculis exeuntes quempiam afficiendi uim haberent, in cunctis hominibus eundem effectum parerent: Verum quia per multos inhonestos amãtes eandem mulierẽ inspicere uidemus, à qua & ipsi uidentur, & nihilominus in se amoris nihil ob eiusmodi aspectum recipiunt; hinc est, quod ad animi turpitudinem, & non ad intuitum amorem referimus: Non igitur per oculorum spiritus amor communicatur, sed potius amans cũ rem amatam intuetur, illius pulchritudinis imaginem in uirtute imaginandi recipit, ex qua, ob continuum imaginandi actum, concupiscendi uis afficitur, unde totius corporis alteratio, & commotio nascitur. Id quoque, quod de aue ictero dicitur, fabulosum esse existimo: utcunque tamen sit, ex brutorum animalium proprietate hominum iures expendere non debemus, cum inter se distent maxime, ut sæpe significaui.

Ex tactu veneficia fieri non posse, probatur. Cap. III.

PEr tactum quoque maleficos homines, & præsertim mulierculas, & obstetrices uenena sua fun-

fundere, morbos inferre, & abortus facere, literis proditum est, & compluribus exemplis comprobatum; mulier enim quædam nobilis cum uterum gereret, ab amica monita est, ne ex Castro exiret, quia ueneficam celebrem nouerat, quæ solo tactu ueneficia inferebat, & abortus parabat, illa oblita consilij uisitãdi gratia alias mulieres ad conuiuiũ congregatas, prodijt è castro, dum autem sederet, & confabularetur, accessit ad illam simulatè salutandi gratia quædam alia mulier, quæ miro quodam artificio nobili illi blandiẽdo, manus uentri admouit, ex quo contactu alterata fętus motum insuetum statim sensit: Domum igitur reuersa fętum in frusta comminutũ summo cum discrimine uitæ eiecit. Quædam alia mulier in Argentorati ditione vterum gerens, enixè rogata à quadam obstetrice, vt ad suscipiendũ infantẽ partus tẽpore accerseret: sciens ipsam maleficam esse, blandis verbis, ac pollicitationibus dimisit, & aliam instante partu aduocari iussit, quo factum est, vt hæc infœlix mulier, volens, vt adagio circunfertur, vitare Carybdim, in Syllam inciderit: malefica enim id moleste admodum ferens, nocte quadam cum duabus alijs mulieribus domum ingressa, & ad cubile puerperę accessit, cuius aspectu puerpera timore affecta conatur clamare, & virum, qui in altero cubiculo dormiebat, vocare, sed illam protinus vox defecit, & vires adeò concidunt, vt ne pedẽ quidẽ mouere possit. Venefica uerò maledictis prius ipsam lacessendo, & obiurgãdo, quod ipsam uocare renuisset; dixit se quasdã res in aluũ eius inijcere uelle, quæ quidem innoxiæ per sex menses illi erant futuræ, ut aliqua ex parte morem gereret alijs mulieribus pro ea efflagitantibus, ijs tamen peractis ingentes cruciatus ipsi illaturæ.

turæ. Accessit ergo, & ventrem manu tetigit, & mox ea egressa, cum vocem, viresque puerpera recuperasset, viro rem prout gesta erat, narrauit, cui tamen fidem non adhibuit, vaporibus vterinis, ac imaginationibus puerperarũ id ascribens; nihilominus tamen sex mensibus peractis; grauissimi cruciatus circa ventrem inferiorem ità ipsam torquere, & lancinare cœperunt, vt diù ac noctu clamare cogeretur. Quoniam autem fide, ac deuotione multum pollebat erga sacratissimam Virginem, ad cuius auxilium implorandum singulis diebus Sabbati panem tantùm cum aqua semel assumebat in die; hac necessitate compulsa, spem suam erga Deiparam amplius auxit; ità vt quadam die, cum aluum exonerare vellet, spinas, ossa, ligni frustula, ac multa alia per inferna reiecerit, magna tum viri, tum aliorum spectantium admiratione; & à torminibus libera facta fuerit. Quæ quamuis difficilia creditu videantur; vnica tamen marina torpedo ad id credendum nos inducere potest; cui tanta vis inest, vt si fuscina, vel hasta attingatur à piscatore: manus, & lacertos ipsos stupore non modico afficiat; vt fateri necesse sit, qualitatem aliquam ei inesse, cuius facultate membra afficiat: eodem modo veneficio affectis accidere consueuit; qui, simul atque ab aliqua malefica pię tacti sunt, statim male se affectos esse percipiunt. Hyenæ quoque vmbræ contactu canes obmutescere auctor est Plinius, & quibusdã artibus magicis omne animal, quod ter lustrauerit, in vestigio hærere. Vt interim multa alia miranda de hoc animali fero, ac crudeli silentio inuoluam. Serpens quernis frondibus contactus moritur, & in vestigio gressus hæret, iniecta Ibidis penna: & vipera arundine percussa torpet, ac

Libr. 8. cap. 10.

fagi

fagi ramulo contacta statim obstupescit. Quare non videtur vanum, quod de veneficio per humanum tactum eiaculato circunfertur. Echeneis Semipedalis pisciculus, remora appellatus, eo quod nauem, cui annixus fuerit, remoretur; ruant venti; licet, & sæuiant procellæ imperat furori, viresque tantas compescit, & cogit stare nauigia, refrenat ventos, & domat mundi rabiem non retinendo, aut alio modo, quàm adhęrendo. Aquilarum pennis mistæ aliarum alitum pennæ, vt tradit Plutarchus, absumuntur, quod minimè fit, si cum alijs teneris ac mollibus, etiam putrescentibus, misceantur. Ità nihil prohibet, quin alicuius hominis contactus sit salubris, alterius verò noxius, exitiosusque. Quæ omnia vt veritati consona concedam: uim enim maximam in rebus naturalibus habere latentem consensum, ac dissensum, quem sympathiam, & antipathiam dicunt, omnes docti norunt: tactus verò solius facultate maleficos homines morbos, & neces inferre posse, à veritate alienum esse iudico, qui .n. fieri potest, vt tactus, qui ad animalis salutem, & non ad perniciem à natura est factus, quique malefico salutaris est, alijs perniciosus, potestateque veneficia eiaculandi sit præditus? nam & quæ solo contactu afficere videntur, ea sunt, quæ marcescere consueuerunt, vt fructus aliqui, si fructui adhæreat: sic nanque aliena caliditas, atque humiditas, quæ euaporationis principia sunt, commiscentur; quod de hominibus dici non potest: quippè qui ab huiusmodi accidentibus alieni sũt. Accedit, quod, cum non eadem omni animantiũ generi sunt commoda, & incommoda, vt scribit Hippocrates; & differat corpus à corpore, natura a natura, nutrimentum a nutrimento; ità etiam

Libr. 5. symp. prob. 7.

Lib. de flatib.

mala,

mala, quæ per infectionẽ communicantur, multiplicia sunt; quoniã aliquid arboribus, & satis nocet, quod animaliũ nulli obest. Contrà verò, quiddam animalia infesta, & satis, arboribusque parcit; & inter animalia, hoc homines, illud boues, vel equos, vel alia carpit, quin & in eadẽ spetie, quod senibus nocet, pueris, & iuuenibus non obest: & sic contra, nec quod mares, semper mulieres tangit; alij certas pestes senserunt, alij non: alij inter pestilentes illesi versantur. At cum per veneficarum tactum; omnia, quæ corruptioni obnoxia sunt inficiantur, eiusmodi infectionis causã ad alium; quàm ad hominem; ad dæmonem videlicet referendam, censeo. Adde opus esse, vt mala, quæ per contagium medio contactu contrahuntur, vt corpora diu etiam medio sudore, vel insigni caliditate simul adhæreant, & coniungantur: cum non protinus sanus ex contactu infici possit; sed multa, vel aliqua saltem mora interposita: at ex leuissimo maleficorum contactu etiam solis indumentis facto, subitò exitiales, sæuissimique effectus fiunt, quæ nonnisi ab insigni, ac præsentaneo veneno fieri possent: ita vt à solo contactu illos proficisci non possimus asserere. Prætereà si malefici per contactum propria facultate mala alijs inferrent, necesse esset, vt ipsi prius tali morbo laborarent: nam morbi per contactum alia ratione contrahi non possunt. corpus enim sanum ægrotationem in alios immittere nequaquam potest. Videmus tamen huiusmodi maleficas mulieres, cum sanæ sunt, varia veneficia alijs inferre medio contactu. Postremò si tactus malefici tactus esset exitiosus, in omnibus æqualiter ageret, qui essent tacti; sed quibusdam dumtaxat est noxius, quos maleficus malè

afficere, vel perdere intendit, quare non ex propria sui natura, sed dæmone operante ob pactum initum fit noxius. Quare fatendum est, eiusmodij contagij causam in alium, quàm in hominem esse reijciendam, & quamuis venenum pestiferum conseruari possit in excrementis, & in indumentis hominum sine ipsorum læsione: nequaquam tamen potest in viuentibus particulis; quia si vapor; vel venenum in viuentibus particulis conseruaretur: vel esset efficax, vel inefficax; si primum, cum sit in corpore calido; proculdubio, & in agendo, & in repatiendo aliquam læsionem faceret: si autem esset inefficax, quemadmodum non ageret in particulam viuentem, ita etiam non ageret in proximos. At veneficæ mulieres non per fomitem, non per aerem, sed per contactum morbum inferunt, quare si tale venenum alios inficit, ac interimit: ipsas etiam lædere, ac iugulare esset necesse. Ad similitudinem verò, quæ de maxima torpedine, serpente hyena, vipera, ac reliquis adducitur; dico eam roboris nihil prorsus habere; quia cum homines à brutis specie differant: proprietatibus quoque diuersis præditi sunt: nec rectè à brutis, ad hominem argumentatur: in brutis enim proprietates illæ manifestæ, & euidentes sunt, nequaquam autem in hominibus: eiusdem farinæ est exemplum de Echeniede remora dicta, quam, vt huiusmodi proprietate nauem sistendi præditam esse, concedam, quid tamen commune cum homine habet? quo pacto ex ipsius natura, hominum virtutem, ac proprietatem metiri possumus? quamuis non desint, qui nauium retentionem magnetis montibus

adscri-

adſcribant, & non remoræ; quæ cum circa montes illos degat, ac victitet, nauium retentionem oſtendere, efficere autem non poteſt: non enim veriſimile eſſe volunt, tam paruũ piſciculum ſua natura ea virtute præditum eſſe, vt tam vaſta nauigia remoretur, ac tantas vires, tantoſque ventorum impetus compeſcat. Quod ſi etiã (vt cuidã placet,) id magnetis montibus aſcribi non debeat; ad aliquod ignotũ, & ex accidenti obiectũ impedimentũ referendũ eſt, & dato, quod ex magnetis ingenti copia in montibus quibuſdam latente retardarentur ratione ferri, cuius ingentem copiã in ſe continent: non propterea ex hoc exẽplo à magnete ſumpto, maleficia per tactũ fieri inferendũ eſt: cum ſimilitudo nulla ſit: De eiuſmodi Echeneidis effectu alij etiam aliter ſentiunt aſſerentes, quemadmodũ à torpedine ſtupor manibus inijcitur, etiam ſi non tangatur, per lineam ſubiens, ita & motui nauis ab illo piſciculo: quẽadmodum enim quædã immobilia ſemper ſunt, vt poli, quædam ratione loci, veluti terræ pars, quæ in centro eſt: contrà vero quędam officio ſuo ſemper mobilia, vt cælum, quædam natura loci, vt flumina: ita quibuſdam mouendi poteſtatẽ, vt magneti; alijs contrariam facultatem videlicet ſiſtendi tributam eſſe, vt echenei. Ratio verò eſt in principijs, quia ſicut motus, & quies ſunt contraria, ſic hæc efficiunt quædam cauſæ contrarię, vbi quies violenta, motus verò naturalis ſit, vel contrà, quies ſecundum naturã, motus contra naturam, Quicquid tamen ſit, an ex latenti cauſa id fiat, vel ex manifeſta, hoc exemplo nequaquam veneficia tactu inferri poſſe, probabitur. De aquilarum verò pennis, quid ſit reſpondendum, iam ex ſuperioribus ſatis ſuperque conſtat.

Nullum

Nullum hominem ex proprietate naturæ veneficio afficere posse, sed ex peculiari nequitia à dæmone adiuta proficisci. Cap. IV.

RErum insitis proprietatibus tantum nonnulli tribuunt, vt etiam homines ex naturę proprietate venena in alios fundere, ac interitus facere arbitrentur. Quemadmodũ enim, asserunt, multa sunt simplicia medicamenta, herbæ, lapides, animalia, quæ facultate nobis ignota, varios morbos efficere idonea sunt, sicut apium aquaticum, iecur hircinum esitatũ, cornuceruinũ, gagates lapis, qui suo odore comitialẽ morbũ excitat, vt scribit Plinius, ità etiã aliqui homines reperiũtur, qui vel per insensibilẽ alterationẽ, vel vaporẽ aliquẽ emittendo, alijs noxij sint, & infesti. Cũ .n. homo sit quodamodo omnia per participationem cũ superiorum, tùm inferiorum: non est inconueniens, aliquos esse homines, qui cũ animalibus, vel alijs rebus in aliqua proprietate conueniant. Accedit, quod cum cæterorum animaliũ, quędã visu, nonnulla anhelitu, alia tactu mortem alijs, non tamẽ sui generis inferre soleant; homini quoque, qui in quęcunq; genera sęuit, & pręsertim in indiuidua, quæ sub se continentur, nullum veneni genus à natura negatum esse, creditur. Si Antropophagi, brutorum animalium more, humanis carnibus vescuntur; quid prohibet, alijs & veneficia inferendi vim à natura inditam esse? pręsertim si uerũ est, quod Agatarchides de Psyllis testatur, eorũ corporibus virus exitiale serpentibus ingenitum esse, cuius odore eos sopirent? Mulieres cũ menstruis laborant, eorũ accessu, musta acescunt, sterilescunt tactæ fruges, moriuntur insita, exuruntur hortorum germina, & fructus arborũ, quibus insedere,

Plinius lib. 7. ca. 15.

decidunt, speculorum fulgor aspectu ipso hebetatur, aluei apum emoriuntur, æs, ac ferrum rubigo protinus corripit, canes eo gustato in rabiem aguntur, & insanabili veneno morsus inficitur, & homines cum ipsis venena agētes, sęuissimis morbis corripiuntur. Si igitur per hęc sordida excrementa tot admiranda mulieres faciunt, verisimilius erit, cùm viros, tùm mulieres natura per occultam veneficandi vim maiora efficere posse. At hæc quamuis satis verisimilia videantur, nihilominus cum homo nec per imaginationem, nec per visum, nec per tactum, vt iam ostensum est: & nec per verba, nec ratione atrębilis vti inferius probabitur, veneficia inferre possit: minus rationi consentaneum est, vt vim illā ex natura adipiscatur. Quia si homines natura aliqua facultate, id essent adepti, omnibus hominibus datum esset. Sed plurimi hominum hęc proprietate carent, vt clarè experimur; ideò non natura homini eiusmodi potestas venenādi inest. *Vsu enim euenire solet, vt alicuius naturæ dispositio efficacior in vno, quàm in alio eiusdem naturæ indiuiduo inueniatur, veluti disciplinæ habilitas ad humanam naturam se habet, cuius naturæ suppositum nullum extat, in quo eiusmodi affectionis aliquæ scintillæ non reluceant.* Quod tamen de facultate fascinandi asserere non possumus: cum maior pars hominum tantum abest, vt per veneficium quippiam efficere possit, vt ne maleficio quidem habendam esse fidem arbitretur. Nam quamuis pro regionis temperie genere, & educatione homines solertiores, agrestiores, aut mitiores esse soleant, proprietatem tamen naturam consequentem, omnes eandem habeant, quamuis ex accidenti, alius alio promptiorem, &

uiua-

viuaciorem. Quod tamen de omnibus hominibus ratione maleficij dicere non possumus. Quod si quis objiciat, hanc facultatem non esse quidem omnibus hominibus datam ratione principiorum essentialium speciei, sed quibusdam dumtaxat: ità vt hæc malefica vis sit indiuidua ex prauo indiuidui temperamento, & ideò per accidens intenta à natura, perinde ac monstrorum, ac mulæ generatio: nec tributam esse homini, vt illam in homines alios exerceret, sed in alias res ex aliqua rationabili causa. Respondeo primum in quæstione propositum esse, hominem ex proprietate naturæ vim hanc maleficam obtinere non posse, cum proprietates naturales omnibus insint, & naturam ipsam consequantur; ex quo fit; vt si aliqui hac facultate essent insigniti, necessario & omnes alij. Quod verò per accidens, & ex peculiari tẽperamento venefici homines hanc nõ possideant facultatem, hinc patet, quod videmus homines sanos, ac etiam temperatos, & alios cuiuscunque complexionis, ætatis, & sexus, hanc pessimas exercere vim, & eam non à natura, sed ex disciplina, ac industria adipisci; prætereà, cum, quæ fiunt præter naturæ intentum, ac per accidens, de rarò eueniant, ac in paucis, vt monstra, omni autem ætati, & in nonnullis regionibus, vt annis superioribus in Gallia Cisalpina, & etiam nostris temporibus alibi non vnus, vel alter, sed plurimi reperti fuerint, & reperiantur huius maleficæ artis periti, non est asserendum hanc vim ex temperamenti proprietate maleficos possidere, sed ex propria nequitia, à dæmone adiuta. Prætereà, illius actionis in nobis naturale principium inest, quæ nobis connaturalis sit, hoc est naturæ conueniens, ità enim visionis principium à natura habemus,

quoniam visio nobis conueniens, & naturalis est, sed actio veneficia connaturalis nobis non est, ergo nullum illius naturale principiũ in nobis inesse potest; si quidem veneficium destruit naturã, & ideò à natura esse non potest. Quoniam natura in ea re semper incẽta videtur esse, vt vnũquodq; seipsum cõseruet, ac sibi simile procreet, quo saltem in ipsis indiuiduis, ac singularibus, specierum proprietas propagaretur. At si homini venenandi facultas à natura tributa esset, non eius conseruationi, sed destructioni consuluisset: quod de homine omnium animaliũ præstantissimo credendũ non est; qui etiam auctore Cicerone, hominum causa generatus est, vt ipsi homines mutuò sibi prodesse possent; non igitur ex natura ortę sunt, sed ab homine, auctore diabolo, excantationes, & maleficia fiunt. Quinimo cũ homo sit ad ciuilem societatẽ natus, vt ait idẽ Cicero; si venenũ, vt maleficij vim ei natura tribuisset, quam consuetudinem, familiaritatem, comitatem, & lenitatẽ, cum cęteris hominibus habere posset? nullã profectò. imò similis viperis procreatus esse videretur, quæ quoniã innatũ venenũ reliquis animantibus contrariũ, & lethale habent, cũ illis conuenire, ac viuere non possunt. Adde ex D. Thoma facultas agẽdi per disciplinã nõ acquiritur, sed cognitio dumtaxat agendi, at venefici vt plurimũ per disciplinã addiscunt huiusmodi veneficia inferre: ideò à natura nullam ad id vim sunt sortiti. Tandẽ cum venefici effectus suos nõ solum per se ipsos faciant, sed, quasi quædam dictata alijs tradentes, eadem per illos perficiant, & plurimi eorũ vim ignorantes, an illa sint à dæmone tradita, an magicis excogitata, illis tamen vtẽtes, admirãda multa faciant, manifestũ fit, hanc vim ex natura ipsos non esse adeptos.

Lib. 1. de leg.

Libr. 3. cõr. gen. ca. 105.

adeptos. Similitudo vero quarundam rerum naturalium, facultatem noxiam habentiũ, nulla est: cum enim specie differant, quod vni inditum est, alteri potest esse denegatum; quare ab illis recta argumentatio nõ procedit ad hominẽ; cũ in illis proprietates manifestæ, ac euidentes sint, in hominibus verò nequaquã, cum verò dicitur, hominẽ participare cum cæteris rebus creatis, quia vt scribit D. Gregorius, omnis creaturę aliquid habet homo: cum lapidibus enim habet esse, cũ arboribus, & plantis viuere; cum animalibus, sentire, & cum angelis intelligere; ob hoc tamen non est dicendũ, proprietatibus, & facultatibus aliarũ rerum hominem esse à natura insignitum, ità vt in ipso cęterarum rerum proprietates omnes reperiantur. Præterea, quod vni homini, quia homo est: cuilibet & semper conuenit: si igitur ex eo quod homo cum cęteris reb⁹ participet, facultate venefica esset pręditus, id omnibus omninò esset datum, quod tamen est à veritate alienũ. & quamuis alia animalia visu, vel anhelitu, tactuue necem inferant: ob id non sequitur, & hominem à natura veneniferũ esse genitum. Quod verò obijcitur de Psyllis, ac de multis alijs, quorum corporibus virus serpentibus exitiale ingenitũ fuit: & sic de plurimis alijs proprietatibus homines quosdam comitari solitis, dicendum est, huiusmodi affectiones nullo pacto à natura hominibus innasci, sed, aut diuina virtute communicari, aut industria acquiri, vel dęmonum auxilio exerceri. Ad similitudinẽ mulierum menstruo laborantiũ, dicendum est, naturam humanę speciei propagationi prospicientem, mulieres tanto sanguine abundare voluisse, quantũ alendo fœtui sufficere posset, qui sanguis, quamdiu vterum non gerunt superuacaneus cum sit,

ſtatutis quibuſdam temporibus per vterum innoxiæ excernitur, & in corporibus ſanis, ac temperatis nulla praua qualitate eſt affectus: nec malefica, ac portenta facere poteſt: imo ex aliquorũ medicorũ ſententia ad complures morbos vtile eſt remedium: quod ſi in aliquibus mulieribus vitioſus, ac exitialis eſt, id accidit ex permixtione humorum vitioſorum, ac prauorũ, quos ad vterũ tanquã ad cloacã, & ſentinã natura deponit. Cum igitur ex naturæ inſtituto ſanguis ille abundet, & excernatur, ex accidentique vitioſus, ac exitialis quibuſdam fiat: ex hoc colligere non poſſumus, & ipſas mulieres vim veneficam, ſortitas à natura eſſe; vel per vim veneficam his maiora facere poſſe: illud enim ſpeciei humanæ propagationẽ, & ſingulariũ conſeruationem reſpicit: iſtud verò abolitionem, & interitum. Nec ſimilitudinẽ negare poſſum, quod homines ſi à natura hanc veneficam vim haberent, maiora facere poſſent, quã quæ à menſtruatis mulieribus dicuntur fieri. ſed primum à veritate alienum eſt, quare & alterum tanquam falſum erit.

Voces, ac verba ſua natura veneficiorum cauſam eſſe non poſſe, ſed ſigna, ac pacta tantum dæmonum. Cap. V.

VOces, ac verba virtutem inſignem obtinere, ac venificij cauſam potiſſimam eſſe, nõ pauci arbitrantur. Cum enim anima ſit vocis primũ efficiens, ſiue in capite, ſiue in thorace primũ uigeat: cui propinqua ſunt vocalia inſtrumenta, in cerebro recurrentes nerui, in thorace aſpera arteria; quoties per voces ſuos promere conceptus voluerit, prius per muſculos ſemper aerẽ in thorace con-

contentū sursum per arteriā cū impetu impellere cōtendit ad laryngis lingulā, vt pote congruū, & appositum vocis instrumentū, vbi sonus passionū animi index effingitur; quando ad hunc ipsū effectum ab ipsa permotus fuerit, at aer, qui ab anima pellitur, animę quoque qualitate afficitur; qui cum vocis naturam ingrediatur, quocunqoe dirigitur, omnia illa perficiendi virtutē, ac potestatē habet, quæ in animo concepta erant: imo voces, & verba inter alios effectus mirabiles, quos producere possunt; animos hominum flectunt, immutant, ac variè afficiunt, præsertim adiuncta decenti, conuenientiq; actionis, & pronunciationis ratione: itaut Plutarchus dixerit, orationis potestate, omnia perfici, ac mitigari, ideò non est mirandum, si Cæsar in defensione Quinti Ligarij, quā Cicero apud ipsum egit, extra se positus fuerit, & ità mente alienatus, vt toto corpore excusso, libellos, quos manu tenebat, abiecerit. imò & bruta animalia etiā vocibus mouentur: aues nanque deceptæ capiuntur, cantu oua dum incubantur, aptius fouentur, atque meliores fiunt partus, serpentes à Psyllis, & Marsis mitigantur, mures, & locustæ, & alia nociua animalia à segetibus, iuncis, ac viridarijs, verbis, ac scriptis arcentur, tauri ferocissimi quibusdā verbis in aure prolatis ad terram prosternuntur, ac domantur: verbis ventris tineæ interficiuntur, sanguisq; vndecunq; manans sistitur; & omnes ferè morbi ab humanis corporibus depelluntur. Quid dicam de musicis, ac cytharedis? quandoquidem cantibus, ac instrumētis suis, homines modo ad iram, modo ad misericordiam, modo ad arma, modo ad tripudia, & alia similia etiam inuitos irritant, & quasi cogunt: vt de Orphæo, ac Timothæo, ac multis alijs fama

In vita demost.

est: Animis autem immutatis, & corpora immutari apertum est: cum animi passiones in corpus redundent: ità vt ex ipsis quam sæpissimè homines ægrotare, & diem suum obire videamus. Et ex lethiferis etiam morbis bona spe de valetudine, ac medico concepta, priorem recipiant salubritatem. Nonnulli voces ex verborum coniunctione, sicut res materiales vires adipisci existimant, quā rē ex præsenti siderum positione, aut ex hominis genitura, aut ex singulari animæ potestate prouenire arbitrantur; nec referre aiunt, quęnā verba à venefico proferātur, & an laudib⁹, vel maledictis rē deprauādā prosequatur, barbaro ue, an diserto sermone vtatur: quocunq; modo venefic⁹ obmurmuret, ac uocē emittat; dūmodo ad rē quāpiā veneno afficiēdā vehemens desideriū habeat; rē illā nulla interposita mora infici aiunt, iuxtà venefici voluntatē. Hinc fieri potest, ut verbis quibusdam ab aniculis, pessimisq; maleficis prolatis, pueri aliqui ægrotent, alij intereant, vterū gerentes abortū faciant, & nonnulli hominis macie cōficiantur, vel sæuis quibusdā doloribus cruciētur, alijsq; ægritudinibus corripiantur. Plinius verborum genera tria facit, alia enim sunt impetrantis, alia depellentis, & alia commentantis. Impetrantis sunt illa verba, quib⁹ à suprema natura aliquid orando obtinemus: quo quidē modo Tuciæ vestalis precatio extitit, quæ aquā cribro, eiusmodi precatione, tulit: Aliæ etiā vestales mancipia fugitiua nondū egressa vrbe, loco precatione detinuerunt: Depulsoris verò verba sunt, quibus in depellendis, & auertuncandis nociuis, & molestis vtimur, quo modo luxatis mēbris carmen auxiliari Cato prodidit, & Marcus Varro podagris. Prisci olim primū anni diē lætis precationibus inuicē faustū omina-

ominabantur: veneficijs etiam odoramento peculiari occurrebant: quibusdá etiam carminibus cótra grandines, morborumq; genera, contraq; combustiones vtebantur: commentationis verbis aliquid futurū interpretabantur: & ideò impares numeros ad omnia vehemētiores, credebant; sternutantes faustis verbis salutabant; absentes aurium tinnitu de se sermones præsentiebant: tātam vim verbis olim adscribebant. Quamuis autē verū sit, p maleficos quibusdā verbis prolatis, multa admirāda fieri; morbos immitti, ac eosdem depelli: est tamen falsū huiusmodi effectus à vi, & potētia verborū, & carminū prouenire: cum .n. voces, & verba ab arte formentur, & sint signa tantū passionū, & conceptuū animæ; ipsa nihil amplius efficere possunt, quàm ea, quæ mente concepta sunt, palā facere: contingit autem animorum perturbatio, & corporum immutatio in auditoribus, vel ex ipsa notionum, & rerum, quæ significantur, intellectione, aut ex suaui modo, & pronunciatione verborum, & vocum moderatione: at venefici sine arte loquuntur, & qualiacunque verba proferunt, ideo per huiusmodi voces, ac verba, tanquam per causas naturales, veneficia minimè efficere possunt. Accedit, quod actio, quæ à natura est, neque inchoatur, neque absoluitur, nisi agens, corpore vel virtute, & qualitate aliqua, subiectum passionis tangat. at verba, res, & præsertim absentes, nullo pacto tangere possunt, cum ad res non deferantur, ergo. Prætereà si qua vis verbis inesset, aut ex forma, aut ex materia illam haberent, sed neque ex forma, hæc enim significatio, & ratio signi est; venefici autem quasdam barbaras voces, vt plurimum assumant, quas non illi tantum,

sed

ſed nec vlli hominũ intelligere poſſunt, virtute ergo formę non poſſunt per verba maleficia inferre. Adde, illos tantum ſaltẽ poſſe affici, qui verba audirent, & intelligerent, quomodo igitur abſentes, bruta animalia, & inanimata veneficium ex verbis experiuntur? vnde ſequitur, vt dęmonũ deceptiones ſint eiuſmodi verba: nec ex materia, quia cum ſpiritus ſit, & ex thorace per aſperá arteriã in larynge effingatur, vim aliã habere nõ poteſt, quã reliqui noſtri corporis halitus, qui ſimulatque extra corpus emiſſi ſunt, diſperguntur. Quod ſi expirationis materia peculiarẽ vim haberet, eandem ſub quacunque artificiali forma poſſideret; ideò quibus verbis vterentur, non referret: imò ne verbis quidẽ opus foret: ſola enim efflatio ſatis eſſet, quæ tanto maiores vires haberet, quanto vberius effunderetur. cum igitur verba cauſæ eſſe non poſſint maleficorũ effectuum; quis non videt, ea eſſe dæmonũ pacta, ſigna, & conuẽta, & ex hominũ credulitate dæmonibus prædocẽtibus, & ſuggerentibus, inuenta eſſe? & ſi aliqua videamus verbis intermedijs fieri, ſerpentes conſopiri, animalia nocua ab agris pelli, tauros furibundos miteſcere, varios morbos ſanari: hæc, & alia ſimilia per dæmones fiunt; ij ſi quidẽ conãtur quàm maximè, vt nobis imposturam faciant; & ideo verba effingunt, quibꝰ quaſi pactionis ſigno, quædã hominibus euenire curent. Qui autẽ huiuſmodi verbis ad ea conſequenda vtuntur, tacitum, vel expreſſum cũ dæmonibus pactũ habent. & aliqui, licet tale pactũ ignorent, & verbis illis vtãtur, nihilominus tamen efficiunt; quoniã is, cui primo dæmon ea verba dictauit, ea lege habuiſſe exiſtimatur, vt quicunque illis vteretur, tacitè dęmonem inuocare intelligeretur; ideò qui hæc faciunt,

ciunt, veluti Sacramentis quibusdam, dæmonicibus se obstringunt; quamuis illud imprudenter agant, nec ea intentione exequãtur, & ab illis verbis præcipuè cauendum est, quę à Mauris, Turcis, & à quibuslibet infidelibus traduntur, quibus si vtamur, dæmonibus assentire cogimur, & quoniã nulla est corporis infirmitas, quæ à dæmonibus, Deo permittente inferri nõ possit, hinc est, quod tunc dæmones sanare dicuntur, cum à malo inferendo desistunt, vel, cum rerum naturaliũ qualitates, quæ nos latent, adhibent, vel in pristinum, ac naturalem statum, siue situm corporis membra locali motu restituunt. Qui vero multo plura ad rem hanc facientia scire cupiunt, legant Frãcisců Vallesium in cap. 3. sacræ philosophiæ, ibi enim nostram hanc doctrinam veram esse egregiè demonstratur.

Cœli, siderumque obseruatione, ac eorum fauore veneficia vim suam non sortiri. Cap. VI.

QVi dæmones veneficiorum auctores de medio tollere, vel eorum operationes omnes, ad causas naturales referre conantur, varia sunt commenti: neque solum imaginatione, visu, tactu, voce, vel naturę proprietate; verum etiam cœli, ac siderum obseruatione maleficia perfici volunt: idque plurimis rationibus probare nituntur; ac primo quidem, cum venefici in aliqua corporis parte, vel circà aliquam affectionẽ veneficio lædere satagunt; illud in hora signi, & planeta rei efficiendæ conuenienti efficere conantur; ex quo apparet, veneficia penes signorum: & planetarũ dispositionẽ regulari. Accedit, quod sicut omnis multitudo reducitur ad vnum: ità omne multifor-

mè

me refertur in aliquod vniforme principiũ: actiones verò humanę variæ sunt, ac multiformis, tam ad vitia, quam ad virtutes: ergo uidetur quod reduci debeant ad aliqua principia vniformiter mota, & mouentia. Sed talia non possunt assignari, nisi ex motibus cœlestius corporum, qui sunt vniformes: ergo illa corpora sunt earum actionum causæ. Insuper, si cęlum, ac sidera non essent omnium humanarum actionum causæ, Astrologi nõ adeò frequenter bellorum exitus, ac alios hominum euentus prædicerent. hominum autem actiones futuras præsagiunt, cum id ex motibus astrorum, ex quibus huiusmodi effectus habent ortu: addiscant, & sciant, cognita enim causa, facillimũ est, & effectus ipsius cognoscere. Præterea cũ globi cœlestes in dæmonis agere possint ad quædam facienda: ergo multo magis in homines; videmus enim quosdam dęmoniacos magis in quibusdã lunæ reuolutionibus contorqueri, ac miserrime affligi, quàm alijs temporibus: quod argumentum certissimum est, tunc dæmones magis ex huiusmodi, motibus cogi ad molestiã inferendam, quàm alijs temporibus. Nam si dæmones ex quibusdam herbis, lapidibus; sonisque, ac vocibus, vt scribit D. Augustinus exercētur, multo magis ex actionibus cœlestium corporũ agitari, ac exerceri poterunt. Aiunt insuper quædam esse fortunata, quædam infortunata sidera, & pro veneficij inferendi qualitate, sidera se eligere posse asseuerant. Et quoniã homo ex duplici natura est compositus, ex anima scilicet, & corporę, in vtramque sidera, & cœlorũ vires fato quodam agere posse non dubitant. Quo fit, vt, si venefici lædere quempiam, aut in anima, aut in corpore cupiunt, nullo modo is ab huiusmodi maleficio sese defendere valent. Nec deficere, qui

Lib. 10. de Ciuit. Dei.

qui se iactent, iuxtà planetarum obseruationem, quoslibet se veneficio afficere posse: eo quod hominum ætates cum sint septem, à septem etiã planetis, iuxtà Chaldæorum doctrinã gubernantur, & quæcunque in vita aguntur, ea statis, certisque temporibus planetæ ipsi efficiunt. Quando igitur inficere quempiam volunt, eius ætatem animaduertunt, & illi aptum, & idoneum planetã eligunt in cuius hora maleficiũ moliuntur, quo ipsum faciliorem effectum sortiatur. Hæc tamen omnia, & multa alia similia, quæ pro hac firmanda sententia adducuntur, cũ vana sint, ac futilia nec modo à Christiana pietate, sed etiam à philosophorũ ratione, ac disciplina longè remota, nullo pacto credi, aut concedi debent. Etenim cum cœlum sit diuinæ virtutis vniuersale instrumentũ, quo hæc inferiora gubernat, ac disponit: à veritate alienum est; ab ipso veneficia emanare posse. Et licet cœlestium corporum motus, & configurationes, hominem ad aliqua propensiorẽ, & inclinatiorẽ reddere possint, & non tantũ ad vitia, prauasq; actiones, sed multo magis ad virtutes, & sanctissimos mores nos propensos cœlestes virtutes, & cęlestiũ corporũ in nos descendentes influxus faciant: ab eisdem ad malũ, & vitium vllũ homines adigi, ac cogi non possunt, nec per eosdẽ veneficia procurari: Si .n. cęlestia corpora auctore Aristotele hęc inferiora gubernãt, & gubernare est idẽ ac dirigere, statuere, & ordinare: q fieri põt, vt inficere, lædere, ac fascinare possint? Firmamẽtũ dicebat Aristoteles, esse cor uniuersi, locũ, & habitationẽ Deorũ, & omniũ, quæ cernũtur, maximè diuinũ: si igitur firmamẽtũ est orbis uniuersi pręstãtissima pars, si cor est, si quid diuinũ, si Deorũ habitatio: nonne quẽadmodũ cor in animali, fons illius uirtutis est, qua

qua animalis integritas, ordo, & mixturæ nexus seruatur, morborumq; inuadentiũ iniuria propulsatur; ità existimandũ erit, hoc firmamentum, & cęlestia corpora, & stellas integritatem conseruare; propulsare verò, quæ totius orbis integritati, & eius partium, hoc est rerum in ipso còntentarũ incolumitati aduersantur; alioqui, nec quid diuinum, nec Deorum habitationem, nec cor cœlestiũ corporum philosophi nominassent. Origenes eos acriter damnat, qui stellas maleficas affirmant; eo quod nulla stella à Deo malefica sit facta. eapropter docte, & admodum luculenter à Ioanne Pico probatum est, à cœlestibus luminibus nihil noxij, & mali emanare posse. Sanctus Bonauentura obseruationes astrorum, illusiones, ac deceptiones dæmonum esse, à Deoque maledictas, & ab eius sacrosancta Ecclesia interdictas, scriptum reliquit. Obseruant verò isti malefici quorundam siderum exortum, plenilunia, ac nouilunia, non tanquam causas, sed tanquam signa temporis, in quo aduocari dæmon ad agendum cupit, & affectat. Addamus his, quod quæcunque ex corporũ cęlestium influxu, ac virtute eueniunt, ea naturaliter contingunt, si igitur hominum actiones ex cęlo emanarent; propositum quod est immediata causa humanarum actionum, auferetur; omniaque à natura fierent; quæ tamen sententia Christianæ veritati, nedum peripateticæ doctrinæ aduersatur. Insuper si veneficia ex obseruatione constellationum, ac planetarum, & eorum applicatione ad varias partes, & ætates, quibusdem tẽporibus perficiuntur: necesse esset, veneficos plãnetarum, influxuũ, corporis humani particularũ, ætatum, temporum adamussim habere scientiam. sed vt plurimum malefici sunt mulierculæ rudes,

tr. 4 sup. Matth.
lib. 4 contra astrol.
in 1. par. centiloq.

ac

ac homines plebei, omnium rerum ignari: qui igitur fieri potest, vt ex obseruatione cæli, ac siderũ veneficia sciant inferre? imò scelesti isti homines, vt experientia quotidiana docet, nullo habito discrimine, obseruatione dierum, horarum, ætatumque, quandocunq; datur occasio, & ipsorum prauus appetitus irritat, & impellit; incantationes suas, & maleficia exercent, & effectum cõsequuntur: ex quo manifestum est, cęlum, vel sidera, nullum auxilium illis præstare.Ettereà, cũ corpora cęlestia, & influxus ab eis descendentes, eorum effectuum, qui in his inferioribus fiunt, communes causæ existant, non possunt particularium effectuum esse particulares causæ, vt passim hæc alterent, illa vero nequaquam: quod in morbis fieri manifestum est. Qui enim ob cœli statum fiunt, populos, & prouincias inuadunt, qui autem sparsim, & variè infestant, non ob eã causam, sed ob prauam victus ratiõe singulorum propriam contingunt, vt optimè Hippocrates, & Galenus animaduertunt; ideò planetas huic parti influere posse, à veritate alienum est: imo ęqua ratione singulis corporis membris, & omnibus denique rebus suam communicant virtutem. Postremò omnia, quæ influxu, & operatione superiorum corporum fiunt, ac generantur, non continuo fiunt, sed paulatim, & conuenienti temporis intestitio. at maleficorum operationes, statim ad eorum nutum, & placitum effectum sortiuntur. ità vt quam primum intuitu malefico aliquem inspexerint, vel tactu tetigerint, & quacunque alia ratione satanica, sæuissimis doloribus crucietur, & alijs morbis, grauibus implicetur, quare ex influxibus cælestibus, aut vi siderum nequaquam fieri possunt. Sed necesse est, auxilio alicuius spiritualis substan

tiæ huiusmodi mala suum sortiri effectum:& quã uis D. Basilius magnus, ridiculum existimet esse, astrologis his cõtradicere, cum omnia eorũ dicta sint ignorantiæ, & impietatis plena: vt autem omnis scrupulus ex animis leuiter credentium eximatur: potioribus eorum rationibus erit satisfaciendum. Et ad illud primò, quod in maleficiis scelesti homines, obseruent signa, & planetas, quoniam planetæ in affectionibus quibusdam humanis, & particularibus humanorum corporum mẽbris dominentur, & ob hoc per ipsos veneficia inferri; falsum esse dicimus; cum cęlestia corpora, eorumque influxus, vt iam est animaduersum, effectuum, qui hic fiunt vniuersales, & non particulares causæ sunt: nec ad hunc, vel illum speciale effectum determinari possint: cum particulares effectus, causarum particularium vi, ac virtute egeant. Ad secundum dico, cum actus humani sint liberi, ità vt nec substantijs spiritualibus, nedum corporeis subdantur, eos nullo pacto ad motus cœlorum reduci, aut referri posse, & si reduci ad aliquod principium debent, ad voluntatem hominum debent referri. Ad illud de Astronomorum prædictionibus, dicimus esse falsum actiones humanas, quæ à libera hominis volũtate ꝓueniunt, & omnia quæ contingenter fiunt, & esse, & nõ esse possunt, ab astronomis posse præsagiri, quod si multa prædicunt, id non acquirunt à signis cœlestibus, sed à dæmonibus, qui consueuerunt prænunciare futura, vel quæ ipsimet sunt facturi, vel actiones humanas, & alia contingentia, quæ vel signis, & infinitis experimentis nonnunquam pro sua sagacitate præcognoscunt, vel reuelatione Dei per bonos angelos eis facta: eaque astrologiã iudiciariam profitentibus: alijsue patefaciunt, vel

sug-

ſuggerendo quæ ab eis diuinentur; vel formatis in aere vocibus, vel in corpore aſſumpto, vel per inſomnia, vel p immiſſa phantaſmata. Ideo Theologi ſacri conueniunt, triplex eſſe genus effectuū, qui ex cęleſtium corporum obſeruatione, & conſtellationum pręcognoſci poſſunt: primo ſunt naturales effectus, qui ſubijciuntur ſiderū motibus, & ab eis fiunt, ſicut ſunt defectus ſolis, ſiccitates, imbres, & ſimilia, & hos effectus Aſtronomi præcognoſcere ex aſtrorū conſideratione poſſunt. Alij ſunt effectus fortuiti, qui nequaquā eadē via præſciri poſſunt: quia cū virtus corporum cęleſtiū ſit naturalis terminata ad vnū effectū producendū, ſi quidē natura vnū intēdit; illi verò effectus poſſint euenire, & non euenire, vt in paucioribus, & rarò eueniunt. Tertio loco ſunt illi effectus, ſiue act⁹ ex libera hominis volūtate ꝓueniētes, quos velle pręcognoſcere ex cōſtellationib⁹, eſt vanū, & falsū plerumq; liberū .n. arbitriū, & volūtas nō ſunt corporeę facultates, nec act⁹, ſeu potētiæ corporeis organis affixæ: cū aūt corporeū nō poſſit in incorporeū agere, impoſſibile eſt, actiones humanas ſubijci diſpoſitioni cęleſtiū corporū de neceſſitate; ità vt ſint ipſorum cauſæ, vt aiunt, per ſe: quamuis autem influentiæ horum poſſint aliqua ratione inclinare, ac diſponere ad huiuſmodi actiones, id tamen efficiunt media corporis diſpoſitione, ac potentijs sēſitiuis; quæ ad actus inclinant quidē rationem, ſed nō cogunt. Quod verò corpora cęleſtia agere poſſint in dæmones, eſt falſiſſimū: cū corporeū in ſpirituale, & inferior natura in ſuperiorē agere nequaquam poſſit, vt pluries eſt probatum. Nec quia in plenilunijs, & nouilunijs, & quibuſdam alijs conſtellationibus arreptitij maiorem moleſtiam, ac vexationem percipiant; poſſumus arguere illam

cœlestium corporum actionem in ipsos dæmones: cum id ex industria fiat ab ipsis dæmonibus, vt corporibus cœlestibus à Deo ad conseruationem vniuersi creatis infamiæ notá quandam inurant; vel, vt tanquam numina quædam ab hominibus colantur in maiorem Dei contumeliã, aut in huiusmodi astrorum motibus lunæ potissimum, magis infestant dæmoniacos, cum tunc temporis inueniant maiorem humorum, ac corporum dispositionem ad effectus suscipiendos, pro quibus aduocantur & dæmones, pro inferendis morbis, instrumentis naturalibus vtantur. Consueuere etiam dæmones in lunæ reuolutionibus huiusmodi magis affligere, vt causam medicis, & alijs in lunam refundentibus, ipsi à calumnia vindicentur, nec de corporibus exire cogantur; & maiora mala per maleficos patrare possint. Qua autem ratione ab aliquibus externis dæmones exerceantur, inferius suo loco erit declarandum. Nec verum est, dæmones cogi à maleficis in quibusdam constellationibus: sed simulant se cogi tunc, vt hominem inducant ad credendum aliquod numen esse in stellis. Falsum prætereà est, corporum cœlestium, aliqua esse infortunata, & malum ab ipsis promanare. Ex sententia enim omnium philosophorum, cęlũ diuinum est, & veluti cor, virtutes in animalis partes diffundit, salutatesq; influxus, ac vires in hæc inferiora immittit. Multis alijs istorum nugis, ac mendacijs satisfacere possum eisdem argumentis, quæ, ne idem sæpius repetatur, consulto omitto.

In-

Intelligentias cœlestes maleficiorum non esse auctores. Cap. VII.

CVM ex corporibus cœlestibus veneficia minime vim suam adipiscicantur, multo minus ab ipsis intelligentijs corpora cęlestia mouentibus maleficia effectum suum sortiri poterunt: cũ natura, ac dignitate ipsis præstantiores sint. Qua enim ratione ad patranda mala ipsæ conspirare possunt cum, & ex natura, & ex proposito sint excellenti bonitate præditæ; & præstare auxilium in his, quæ bonitati, ac virtuti cõtradicunt, alicui intellectui ad bonum disposito non conueniat? si ab intelligentijs illis cęlestibus veneficia, & alijs nephandi maleficorum effectus prodirent, sequeretur ipsas scelestis hominibus fauere, ac patrocinari ijs, qui pessimis artibus operam dant, & veneficia procurant. Insuper, cum venefici in suis fascinationibus vtantur quibusdam supplicationibus, adorationibus; & alijs similibus, quæ non nisi ad spiritualem aliquam substantiam diriguntur, vt ipsius fauore, & auxilio, voti compotes fiant, nequaquam dicendum est, ad beatissimos illos spiritus dirigi; quia improborum hominum in prauis operibus supplicationes, & vota exaudirent. Cum autem ipsi diuino amore exardescant, neque patiantur honores soli Deo debitos, sibi ipsis deferri: imò sint ipsius fidissimi ministri, cuncta ad diuinum cultum referre procurantes; necessariò fateri debemus, has supplicationes dirigi ad substãtiam spiritualem prauam, dæmonem videlicet, qui, quamuis natura sit bonus, ex prauo tamen suo proposito malus euasit, & ad malum semper est paratus.

Occulta indicare, ac futura prędicere, ad conuentus nocturnos deferri, alieno sermone loqui, non ratione melancholiæ, vaporum terræ, vel in somnis fieri, sed arte dęmonum. Cap. VIII.

NOn defuere philosophi, ac medici, qui maleficorum, ac dæmonum effectus, aliquos potissimum, vt per aera homines vehi ad ludos nocturnos, aliena lingua loqui, occulta indicare, prę- terita enunciare, ac futura prædicere, in vapores noxios, ac humorem melancholicum reijciant. Transferri enim ad conuentum maleficarũ, aiunt esse mæra referentium quorundã melancolichorũ somnia: eo quod melancholici aliqui ea, quæ vehementissimo affectu per diem cupiunt, sperant, abhorrent, vel timent, adeò fixè per noctem somniant, vt eadem statim per diem vigilantes verissimo videre sibi videantur. Et quò ad occultorum, & futurorum præscientiam, Aristoteles in lib. de Insomnijs, & de Diuinatione per somnium, corporis naturam ad futurorum præcognitionẽ conducere existimauit; & primo loco melancholicis diuinandi virtutem ascribit. ideò in 1. probl. ait, Sect. 30. multi incalescente humore melancholico, quia calor ille sedi mentis est propinquus, morbo vesaniæ implicantur, aut instinctu lymphatico efferuescunt; ex quo sybillæ efficiuntur, & Bacchæ, & omnes qui diuino spiraculo instigari creduntur: cum videlicet id non ex morbo, sed naturali intemperie in hicticis etiam melancholicorum recta, ac subita esse insomnia: & sapientibus, ac prudentibus diuinandi vim inesse ab eodem philoso-

pho

pho ostenditur: & quoniam diuinandi vires secum imaginatio affert, & ideo aliqua re excitante indiget anima: tot terrarum halitus, & euaporationes, locaque diuersa, tamque inter se situ suo, ac cœli positura distantia, ad id conducere arbitrantur: quibus hominum animi ad futurorum præsagia suapte vi proni, & ad diuinum furorem procliues, concitentur, & veluti diuinitus inflammentur. Nec solum terræ halitus ad hoc iuuare credunt: sed & herbas, & lapillos: vt de chelidonia Plinius narrat, & de the angelica, qua pota, magos diuinare, ait. quibus, alijsque plurimis eorum inuentis, cùm dæmones, tum artes magicas de mundo deturbare, ac tollere conantur. Quòd autem hæc medici sentiant; minime mirũ videri debet: vt qui auctore Psello, nihil nouerint præter sensum, & corporibus dumtaxat incubuerint cognoscendis. Et *Aristoteles* ea tantum scriptis tradiderit, quæ principijs rerum naturalium conueniunt. Quantum verò à veritate medici, & philosophi aberrauerint; plurimis experimentis, & exemplis patefacere possem. Quibus tamen omnibus omissis, sat erit in medium afferre historiam à Ioanne Fernelio medico, ac philosopho præstantissimo traditam. Quidam nobilissimus iuuenis, (inquit ille,) trium mensium spatio à dæmone vexatus, à medicis, propter frequentes motus conuulsiuos, quibus corripiebatur, curatus est, vt epilepticus: & omnibus in vanum adhibitis; tandem dæmon quidam, mense tertio, totius mali auctor, voce, insuetisque verbis, ac sententijs, cùm latinis, tùm græcis, quamquam ignarus linguæ græcæ laborans esset, se prodidit; qui multa assidentium, ac maximè medicorum

Lib. 2. de abd. mor. caus. cap. 16.

secreta detegebat; ridens, quod eos magno periculo circumuenisset, quodque irritis pharmacis iuuenis illius corpus penè iugulassent. Quoties pater laborantem inuisebat, is procul à conspectu inclamabat: Appellentem hunc arcete, & ab impressione propulsati, aut torquē è ceruice detrahite, ex hoc enim, vt Gallorum torquatis equitibus est in more, Diui Michaelis imago propendebat. si sacra, diuinaque verba coram legebantur, ferocius subsultabat, & inhorrescebat. Cum intermissio erat ferociæ, laborans inquiete omnium meminerat, quæ inuitum se protulisse, fatebatur, & dolebat. ceremonijs, & execrationibus compulsus dæmon, negabat se crimine damnatum, & spiritum se nuncupabat. Interrogatus quis esset, aut quo modo, aut qua hæc potestate moliretur, dixit, multa esse intus domicilia, in quibus se recondat, seque in quiete ad alios commigrare, in hoc autem corpus iniectum à quodā, cuius nomen nō efferret, à pedibus ingressum in regia, & à pedibus egressurum, cum status dies aduenerit. De alijs nō paucis disserebat, quæ etiam ex alijs dæmoniacis audiri solent. Ex qua quidem narrata historia tria apertè deprehenduntur, morbos à dæmonibus immitti, instantibus maleficis; neque solum morbos, verumetiam dæmones ipsos corpora ingredi, perditis hominibus ex pacto à dæmone poscentibus; & aliena lingua loqui, vel ea quæ ignorantur, patefacere, esse opus dæmonis; vt etiam D. Hieronymus testatur de quodam demoniaco, qui loquebatur admodum eleganter lingua græca, arabica, hebræa, & chaldæa, omnibus ijs à sua vernacula diuersissimis. & Psellus quandam grçcam mulierē armenicè respondisse scribit. Petrus tamen Aponensis Conciliator nuncupatus, aduersus christianam

nam veritatem testatur, se multos vidisse, qui quãquam pro dæmoniacis haberentur, & pleraque facerent vires humanas superantia, atra tamen bile purgata, omninò curati sunt, sanæque menti restituti, præsertimque se audiuisse à quodam fideli medico, mulierem quandam ignaram, ac rudem melancholico morbo depræhensam, latinè congruè fuisse loquutam, & postquam sanata fuit, primo statui restitutam. Petrus etiam Pomponatius, qui nedum dæmonum, maleficarumque operationes, verumetiam Prophetarum, & ipsius Christi Saluatoris nostri ad causas naturales reducere impie, & vane est nixus: testatur & ipse, se cognouisse mulierem, quæ cum eodem morbo correpta, secundum diuersa idiomata loqueretur, à medico tamen, perfectæ sanitati fuisse restitutam. Erasmus Roterodamus refert, Panasæum medicum, quendam nomine Phylarium, patria Spoletanum facili, paratoq; remedio, menti reddidisse: qui, ex vermibus in nouum maniæ genus inciderat, ita, vt in morbo probe Teutonicè loqueretur, quod sanus nunquam potuerat. Hieronymus etiam Cardanus, qui Pomponatij, & Erasmi hac in re vestigia est sequutus, ad euertendam hanc veritatem, affert idem Erasmi exemplum medici nomine mutato, cuiusdam lingua germanica ei penitus ignota loquentis, cui cum Calceranus medicus quandam potionem dedisset, eius vi magnam lumbricorum copiam eum deiecisse, & morbo liberatum integroque mentis habitui restitutum fuisse: ex quo Cardanus statuit, morbos esse; sed occultioris cuiusdam naturæ. Quæ omnia vt his concedam, quorum testimonia in quæstione proposita multis de causis valdè suspecta esse debent, minimè tamẽ consequuntur quod volunt: neque euertitur, quod

pro veritate tueri debeo. Non enim ostendunt, qua ratione humor melancholicus sermonem antea homini incognitum, possit in his sine disciplina excitare: nam si intellectus humanus teste Aristotele non potest intelligere, nisi phantasmata intueatur: nec in ipso aliquid esse possit, quod prius in sensu non fuerit, cùm anima rudis hominis nullum, vel minimum vnquam conceperit hæbraici, siue græci, siue alterius idiomatis phantasma, impossibile est, vt illius intellectus abstrutissimas phrases alieni, & incogniti sermonis haurire possit: & quamuis intellectio animæ rationalis sit actio propria, & quam citra organa corporea exercere potest, vnde, & separabilis esse cognoscitur: dũ tamen est in mortali corpore, citrà corporalia phantasmata nequit: & ideo quorum nulla vnquam concepta sunt phantasmata, nulla potest esse intellectio: Iam verò, vt intellectio esse non potest eorum, quorum nulla fuerunt phantasmata, ita neque recordatio, quorum non fuerit imaginatio, neque imaginatio, quorum non fuerit sensus, ergo sermonem incognitum antea, & quæ alibi aguntur, vel fieri debent, nemo scire potest: cum talium nullus antecesserit sensus: superioribus vero exemplis, si modo vera sint, vel prout gesta sunt, integrè, ac fideliter relata, & nihil omissum, sic responderi potest: cum dæmones huiusmodi humori libere commisceantur (qui quod amarus, tristis, ac turbulentus sit, locus dæmonum naturæ congruus iudicatur) cum eodem etiam humore medicamenti vi deiecto, sua spontè cessisse: vel etiam simulasse se cogi ad cedendũ medicamento, vt hominibus, & præsertim his philosophis imponant, suamque naturam, aut modũ, secundum quem in nonnullorũ animis dominan-

minantur, magis occultent. Itaq; cedit aliquando medicamentis dæmon, nonnunquam verò, ac sæpius reluctatur: & in his propinandis medicorum laborem irridet: quemadmodum aliquando lenioribus execrationibus deijcitur: alias verò, vel omnium efficacissimis resistit. Quis vero christiana veritate imbutus, hanc dæmonis in constantiā mirabitur; quem omnes sciunt, omnis mutabilitatis, atque mendacij esse auctorem? ideo asserere ea, quæ recensuimus, vel per vim imaginandi, vel per varia hilituum genera fieri, absurdum est: nam qua ratione per humores in imaginatione effingi possunt rerum imagines, & idiomatum verba, & nomina ex hominum institutione prodeuntia, quæ nunquam ad sensum illius hominis delata sunt: neque enim ea in anima præexistunt, cùm ex sententia Aristotelis, omnibus formis sit denudata, nec per halitus, seu humores manifestantur, cum in eis non sint huiusmodi imagines, & præsertim rerum futurarum, & vocum ex hominum institutione pendentium. Adde, quòd si succus melancholicus sermonē anteà omnino incognitū excitaret in ijs quos à dæmone obsideri existimamus: excitaret necessario interueniente naturali motu instrumentorum voci famulantium: at huius modi homines plerunque, non modo lingua immota, vel in mentum prominente, sed & ore omnino clauso loquuntur: quare falsum est, quod de hoc humore isti asserunt. Insuper si opera maleficarū, ac dæmoniacorum à suuo melancholico ortū ducerent: sequeretur frequentius viros, rarò vero mulieres his morbis vexari: cùm tamen oppositum quotidiana experientia ostendatur, ex secentis enim fœminis laborantibus hoc morbo, vix vnus reperitur

homo,

homo, qui eadem affectione implicatur, & tamen auctore Cornelio Celso viri sunt magis parati, quam mulieres, ad melancholiam: siquidem mulieres ex natura sunt temperamento frigido, & humido constitutæ; difficilius hisce morbis corripi possunt: cum qualitates primæ in eis prædominantes humori melancholico, & præsertim atræ bili sint oppositę, & repugnent ipsius generationi: è conuerso autem, cum homines calidam, ac siccam naturam sint sortiti, maiorem habent ad huiusmodi humorem dispositionem: & ideo facilius à morbis vesanię possunt corripi: quod etiã Galenus affirmat, homines calidos, & sicci temperamenti, in regione calida, & sicca, ac in æstate facillime à melancholiæ morbo detineri: cum tamen non ignoremus; in nonnullis regionibus frigidis, humidisque, vt in Germania, & Sabaudia, alias harum veneficarum ingentem fuisse copiam, vt Prierius, ac Sprenger testantur: quorum tamen locorum incolæ, & præsertim mulieres pituitoso humore magis, minus autem melancholico abundant. Præterea, si malefici homines melancholico delirio laborarent; cum gaudio, & ostentatione, vt facere consueuerunt melancholia correpti, suas artes, & mirabilium faciendi scientiam omnibus prædicarent: at nihil palam proferunt, & apud illos duntaxat secreto suam peritiam patefaciunt, quos sperant in societatem maleficij pertrahi posse. Quod verò corruptam imaginationem non habeant, nec delirent: patet, quia sciunt referre, quid egerint, cũ quo egerint, quomodo, præsentia, præterita, & futura: in omnibus etiam alijs mente constant, aptè respondent, & nullum signum talis affectus, vt plurimum in eis

Libr. de atra bile.

depre-

deprehenditur, ità vt eos melancholię morbo detineri, nullo pacto asserere possimus. Tandē quid respondebunt ad auctoritates Sacrorum Euangelistarum, qui apertè asserunt multos dęmoniacos, & lunaticos à Domino nostro, eiectis spiritibus malis, sanatos esse? fortassè audebunt respondere, hos summa quadam melancholia abundantes homines fuisse, cum id veritati repugnet, fidei christianæ certitudinem diuinamq; Iesu Christi seruatoris nostri potestatem auferant, negentque. quo enim pacto dæmones in eorum corporibus loquuti essent, vt sacræ testantur literæ, & magno cum impetu è corporibus obsessis exiuissent clamãtes, membraq; eorum lacerantes, si ista mera animi ægroti somnia, & imaginationes, & morbi tãtum melancholici accessiones fuissent? Quod verò ad conuentus illos satanicos reuera venefici deferantur à dæmone, nec sint dormientium somnia; hinc patet: quoniam est ferè impossibile, vt multi homines vna nocte eisdem plenè somnijs inuoluantur, & ea peruigiles referre sciant, cum enim varia sint hominum temperamenta; ætates, mores, animi passiones, & studia, quorum ratione varij progignantur succi, & in corporibus predominentur; hinc fit, vt tam multiplex, & inaudita visorum copia obuersetur, & somniorum varietas ortum habeat. Eapropter Hippocrates, & Galenus præceperunt in somno somnia esse animaduertenda, cùm sæpissimè ex in somnijs corporum affectus, & quales intus lateant succi noxam illaturi, præcognoscamus. Cum autem malefici sexu, ætate, temperamento, animi affectibus, ac studijs inter se diuersi sint; fieri non potest, vt eadem penitus somnia habeant, cum diuersa phantasmata,

ea; ac spectra ex illorũ diuersitate eliciantur: nihilominus tamen cõstat ex testimonijs peritissimorũ virorum, plures maleficas in diuersis regionibus, ac locis in carcerem coniectas in suis narrationibus circà diem, locum, horam, numerum, delationem, reditum, occursum hominum in itinere, & alia similia, eadem penitus retulisse, & illos etiam, quos obuiam habuerunt, interrogatos tem esse, vt ipsæ narrarunt, testatos fuisse: quare non est asserendum, huiusmodi delationes esse insomnia, sed reuera fieri. Quod verò non sint vigilantium deliria, quæ maleficæ narrant, de huiusmodi conuentu, vt asserunt: eadem ratione comprobari potest: quoniam si insaniæ morbo laborarent hæ, fieri non posset, vt tot maleficæ omnibus seculis, ac in diuersis, remotisque locis captiuatæ, perpetuo consentirent, vti manifestum est, & quamuis melancholici incredibilia nonnunquam sibi persuadere consueuerint; eorum tamen deliramenta sunt adeo multiformia, vt scribit Aetius Amidæus, vt vix multis seculis duo reperti fuerint, qui eadem ratione, & eisdem delirijs laborauerint. Quare falsissimum est, maleficas melancholico succo, vti musto, obrutas, imaginationes tantum, & fabulas narrare. Insuper melancholiæ morbo obnoxij, ex Galeno, sunt homines macri, graciles, habitus nigri, hirsuti, qui sicciores carnes habent, & calidi, & sicci sunt temperamenti. at, qui ad has artes alliciuntur, sunt varij admodum inter se temperamento, ætate, habitu, & cæteris relatis, ità vt multi etiam calido, & humido temperamento præditi ad hunc morbũ minus cæteris apto, seducantur; quo autem pacto fieri potest, vt, prolibito cuiusque statim immutentur

Lib. 3. de loc. aff. c. 7.

tur

tur eorum temperamenta, & apti fiant ad melancholiam; cum opus sit, vt causæ hunc affectum facientes, per multum temporis spatium agant; nec statim ex præsentia causarum, malum fieri possit; & ideo Hippocrates dixit; si metus, & mœstitia diù perseuerauerint, esse inditiũ melancholiæ. Præterea, cum, vt plurimum, qui ad huiusmodi conuentus accedunt, sint ab alijs in arte hac satanica professis edocti, quid sibi faciendum, quidque omittendum sit: quid statutis locis agere debeant, vt munire se crucis signo abstineant; Deum, illius genitricem, aliosuè sanctos non inuocent; sic enim multis eos voluptatibus venereis, ac bacchanalibus, alijsque ab ipsis maximoperè optatis rebus potituros: qui postea assentientes monitis, & peruersis suasionibus obtemperantes, eadem, prout fuerunt promissa, experiuntur ac fruuntur; quò pacto asserendum est, isthæc esse somnia, & delitia? Deinde quæ homini sunt magis possibilia, & factu facilia, ea minus à causis supernaturalibus oriri, credendũ est: quæ vero sunt ipsi impossibilia; illorum causam in perditis spiritibus sitam esse, sed comedere, bibere, scortari, aliquid momento temporis longissimè proijcere, quemadmodum per instrumentum bellicum fieri solet, homo per se ipse præstare potest: formare verò sibi somnia, & efficere, vt per imaginationem ea percipiat, quæ ipse optat habere, est homini impossibile: ergo hæc, & his similia dæmoni potius, quàm homini, aut eius imaginationi tribuenda sunt. atque ità etiam maleficos ab eodem dæmone corporaliter deferri ad conuentus illos & cibaria, aliaque ipsis parari; quam in eorum phantasijs, horum imaginationes,

&

& spectra generari; vt videantur talia peragere, quæ reuera non peragant. Tandem, cum melancholici omnes semper timeant, ac tristentur, ex Hippocrate, & Galeno, odio habeant homines, frequenter cogantur in lacrymas, deserta, & solitaria loca appetant, in somnijs turbulentis & tristibus afficiantur: Venefici verò isti sint hilares, lætentur, de rebus iucundis verba faciant, ament valde huiusmodi conuentus, & semper alios allicere tentent: non est dicendum somnia, & melancholica deliria esse horum narrationes. Non eo tamen inficiat, posse etiam in somnis, vel per ecstasim tantummodo talia sic apparere: vt; dum ità somniant, vel potius à sensibus abstrahuntur, verè illa contingere, vt & alijs somniantibus, & in ecstasim positis accidit, existiment. vnguentorum enim vi, quę arte dæmonum parantur, malefici obliniti, aut per alia signa, & verba ludificati, vehementi somno consopiuntur, vel à corpore auocantur, in quo per dæmones simulachris, imaginibus, ac phantasinatibus subministratis, & accommodatis, ea, reipsa, agere putant, quæ vigilantibus in animo erant: sed à somno posteà excitati, vel sensibus restituti, cognoscunt verè talia fuisse insomnia, & phantasmata arte dæmonis ipsis immissa: Ideo, si contingat eos de peccatis pęnitere, & ad Deum conuerti; se in somnijs, vel ecstasi talia percepisse, libere fatentur. quemadmodum & phrenetici, sanitati restituti, cognoscunt illusiones, & deceptiones ea esse, quæ vera ægrotantes credebant, quamuis igitur, & talia per somnium, vel per mentis excessum malefici experiri possint arte dæmonum, non

non est tamen negandum, multo magis reipsa, & corporaliter ista fieri: cum sit facilius dæmoni, corpora de loco ad locum deferre, cibaria, & potus, & alia administrare, quam imaginationes, simulachra, & phantasmata ipsarum rerum in animas dormientium, seu à sensibus semotorum immittere, atque commouere.

✠

DE

DE MORBIS VENEFICIS AC VENEFICIIS

BAPTISTAE CODRONCHI MEDICI.

LIBER TERTIVS.

Veneficij recta definitio traditur. Cap. I.

QVantum à veritate aberrauerint philosophi, & nonnulli alij in tradenda veneficij definitione, ex discussione suarum partium superiori libro innotuisse mihi videtur. Quare reliquum est, vt quæ germana, & apta sit ipsius definitio, explicare modo aggrediar. Veneficium ergo est praua quædam commutatio corporis, virtute dæmonis, ex pacto cum homine inito, eiusdemq; hominis ministerio, ad improbam aliquam cupiditatem explendam, iusto semper, quamuis occulto, permittente diuino iudicio, facta. In qua definitione, praua commutatio, locum generis habet: reliqua vero, differentię. Et si veneficij vocem consideremus

deremus nihil aliud, quàm venefica actio est: vt actio quidem sit, quatenus ab agente est, passio autem quatenus recipitur in subiecto, & patiente quomodo illud hoc loco considero; videlicet vt passio quædam est corporum naturali constitutioni minime congruens. Primum igitur, praua commutatio locum generis habet; cùm per eam, quamlibet mutationẽ aut peruersam, ac vitiosam bonum naturæ peruertentem, & rectum ipsius ordinem impedientem, aut constitutioni naturali aduersantem, intelligam. Secundo dicitur, corporis, vt eius primũ subiectum explicem. Corporis autem nomine compositũ naturale intelligo: animus enim ipse afficitur cõsequenter, quatenus mala corporis animum attingere solent. Ponitur, dæmonũ virtute; quoniã valdè differunt affectiones, ac commutationes, quæ à dæmone sunt ab ijs, quę sponte, & hominum iniuria fiunt: illæ enim cùm ex occultis qualitatibus, causisq; latentibus dicantur esse, difficillimè cognoscuntur, ac difficilius sanãtur: istę verò magna ex parte peritioribus medicis cũ suis causis innotescunt, & curantur. Quartò dicitur, ex pacto scilicet, aut expresso, aut tacito ex quo præstigia, & illusiones salutatorum hominũ, quos vocant, valde discrepant à præstigijs, ac illusionibus veneficorũ: pactũ autem est, quod dæmon pollicetur, se maleficio præstò futurũ tacitè, seu expressè à venefico vocatus: & venefic⁹ tacitè; vel expressè, cultũ, & honorẽ dæmoni exhibere, vel contrà legẽ Dei facere, se obstringit. Et quoniã ex fędere inito inter dęmonẽ, ac veneficũ, venefic⁹ ad sua flagitia patranda vtitur quibusdam verbis, seu rebus, aut signis, vel superstitiosis quibusdam operationibus; propterea additur in definitione pars illa, eiusdem hominis ministerio,

Cùm autem omne agens propter finem agat; veneficus etiam opus suum malum incohat alicuius intentionis gratia, hoc est, ad praua desideria saturanda: ideò additum est: ad aliquam improbã cupiditatem explendam. Quia vero in huiusmodi facinoribus diuina virtus nullam partem habere videtur, quoniam malum operari non potest, & maleficorum nequitiæ suffragari: ponitur illa particula, iusto semper &c. Cuius, & aliarum partium, ex sequentibus, perfectior cognitio habebitur, & quoniam tam multi, ac varij sunt maleficorum effectus, de quibus singillatim inferius sum verba facturus, vt vno genere comprehendi haud possint: varias etiam, ac complures, definitiones, seu descriptiones scriptis mandare operæ pretium esset. Eas tamen omittere volui, vt quæ fortasse ab alijs haberi possint: & mea intentio sit, de præcipua mala veneficorum operatione, de veneficio nempè ipso, quo homines, vel bruta afficiunt, potissimum scribere.

Veneficorum morborum causæ indagantur: instrumenta maleficorum nihil agere in ægrotantes, characteresque, ac imagines nullam vim à cælo sortiri, & ea, quæ ab ægrotantibus euomuntur, vel deijciuntur, vt claui, naturalia esse, & non fictitia. Cap. II.

Libr. 1. post c. 1.

CVM rerum scientia ex causarum cognitione, ac principiorum comparetur (scire enim, vt dixit philosophus, est rem per causam cognoscere) morbi, vt cognosci, ita & curari non possunt, nisi eorum causæ cognoscantur: & hinc fit, vt si veneficorum effectuũ cognitionẽ consequi, malaq;

ab

ab ipsis illata, profligare optamus; opus sit, vt à quibus causis morbi illati ortum habeant, in hoc capite distinctè perquiramus, quamuis id præstare sit difficillimum, cùm multiplices fuerint de hac re scribentium sententiæ. Dimissa itaque causarum consideratione, prout distinguntur ab Aristotele, & Platone, in materialem, formalem, finalem, & efficientem: cùm satis superq; ex tradita veneficij definitione sint apertæ: medicorum vestigia sequutus, eas ad duo capita redigam, ad externas videlicet, & internas. Causæ igitur externæ veneficorum morborum sunt, maleficus, dæmon, mala medicamenta: quibus accedit quoque Deus ipse, diuersa tamen ratione. Veneficus est causa externa, ac dæmon etiam, verum ille remota, iste vero propinqua. Cum enim dæmonum conatus ad hoc tendant, vt homines à Deo auocent, atq; à virtutis, pietatis, & caritatis studio auertant; inprimis homines inter se infensos, & inimicos reddere student. Quò fit, vt nunc ob odium, & maleuolentiam, sæpe ob inuidiam, & superbiam, aliquando ob auaritiam, interdum ob luxuriam, ad veneficia quærenda, ac procuranda homines impellant, quibus, vel mortem, vel diuersa morborum genera, vel alias calamitates, & graues iacturas afferant. Porrò hæc mala ità moliuntur, vt, cùm illorum auctores, & causæ sint: hominibus tamen, quos maleficos deinde dicimus, omnia ascribi velint, vt cùm aggrediantur aliquod facinus ipsi malefici ità agant, quasi per se ad illud absoluendum sint potentes: vere tamen dæmon ille est, qui sua virtute veneficia infert: veneficus verò insipienter putat se inferre, cùm tantum efficiat, vt à dæmone inferantur. Cùm .n. veneficus vtitur instrumentis, vel institutis, ex pa-

Li. 2. phy. tex. 28. & 29.

In ethi-meo.

cto tacito, characteribus pro infligendis maleficijs, vt plurimum ab ipsis signis, ac instrumentis vim illam prodire existimat. Quare & à dæmone ipso circumuentus, ac deceptus, irridetur: cùm maleficium immediatè fit, non ab instrumento, & superstitioso illo charactere. Cęterum ambo ad veneficia, dæmon, & maleficus necessariò conueniunt; ità vt, si vnius horum opera desit, veneficiũ non sit verè appellandum: vbi enim dæmon sine precibus malefici aliquod malum, Dei permissu, hominibus infligit, illud non dicitur veneficium, sed peculiari nomine noxa illa explicatur. Ideò in antiquioribus sacris litteris proditum est, Iob patientiæ exemplar insigne, pessima plaga, seu pessimis vlceribus fuisse à dæmone affectum, nõ autẽ veneficio, cùm solo Dei iussu, absque venefici alicuius consensu, ac voluntate, id malum Iob fuerit inflictum. Quemadmodum etiam mala, quæ iniustè, ac impie à solo homine sine dæmonum auxilio inferuntur, non veneficia appellantur; sed talia, qualia in specie, seu peculiariter fuerunt perpetrata: vt si ferro, vel instrumento bellico aliquem perimat, dicitur homicidium, & non veneficium. Maleficus ergo non ex propria, ac naturali facultate, sed dæmonum auxilio, mediantibus signis, & pactis, sed ipsi dæmones vi peculiari, vel rerum naturalium adminiculo veneficiorum sunt causæ. Deus autem dicitur causa veneficiorum permissiua; neque enim quæcunque dæmones facere possunt, exequuntur, sed quantum eis per diuinam prouidentiam permissum est: habent enim potentiam à Deo restrictam, & quasi ligatam, quam eis interdum laxare consueuit Deus, vel ad exercendos bonos, vel ad puniendos malos: quemadmodum & homines multa mala

patra-

patrarent, quæ tamen summa Dei pietate frequenter prohibentur: tametsi sinat eos, vt lubet, delinquere, ne arbitrij libertate priuentur: cùm non solum homo, sed & dæmon sint agentia voluntaria; permittit Deus, sicut & alia agentia, ex præscripto naturæ operari: ad diuinam etenim prouidentiam spectat, & vnumquodque in sua natura relinquatur, & in suis operibus naturalibus non impediatur: quoniam, ut asserit D. Dionysius, prouidentia non destruit naturam, sed conseruat: & sicut bonum Ciuitatis acquirere, & conseruare, quàm bonum vnius, quid maius, ac diuinius est, ut asserit Aristoteles: & ità & bonum uniuersæ speciei prçstat bono singularium præferre: bonum autem naturæ intellectualis, & rationalis, libertas arbitrij, & electionis est: præstat ergo, ut diuina prouidentia maleficia huiusmodi ad interitum indiuiduorum quorundam permittat, quàm si penitus prohibeat, & totius speciei libertatem uel impediat, uel euertat. Adde, quòd non debet penitus impediri illud, ex quo apparet Deus laudabilis: &, ut scribit D. Thomas, in malefactis etiam Deus laudabilis apparet, cùm per misericordiam parcit, & per iustitiam pœna afficit. Ideò peccatum, & per consequens ueneficium non impedit, & ideo merito Deum causam ueneficij permissiuam dixi. Inter externas causas, etiam mala medicamenta recensui, quoniam dæmon ad infligenda mala consueuit uti quibusdam linimentis uel per se, uel per maleficos, qui noctu, ianuis, ac fenestris clausis absque ullo strepitu à dæmone reseratis, & ad lectulos eorum, quos ueneficio afficere uolunt, clam, & nemine uidente traducti, linimentis illis

De Diuin.nom. cap. 4.

Lib. 1. moral. c. 2.

2. dist. 23. art. 2.

prauis à dæmone exhibitis, vel monstratis, illinunt partem aliquam, ex quo breuiori, vel longiori tempore grauior, vel leuior noxa infertur, prout magis, vel minus insignis est vis medicamēti: nec est dæmoni difficile, in determinata aliqua parte, morbum, ac dolorem excitare; nam, cùm multa sint venena, quæ à tota substantia habent facultatem lædendi aliquam partem, vt cantarides vesicam, lepus marinus pulmones, hyosciamum cerebrum, & inter stirpes, metalla, animalia, innumera alia, quæ varios effectus, & in diuersis partibus excitare possunt; quorum, sicut & aliarū rerum naturalium proprietates perbellè dæmon sciat; & vbique locorum lateant, quibus componi, misceri, ac temperari debeant, nouerint, quo tempore tempestiuè, & opportunè ad operandum adhiberi oporteat, paruo negotio est illi varia conficere medicamenta: quæ, & diuersos morbos, & cruciatus, & in diuersis partibus progignere possint. *Scit enim dæmon materiam seligere diuersam, cui naturalis facultas insit alterandi, frigefaciendi, calefaciendi, necnon aperiendi, obstruendi, diuidendi, trahendi, euacuandi, vrendi: ex quibus varij effectus emanant:* &, cùm corpora, in sua crassitie inepta sint ad penetrationē in quālibet partem; rationi consentaneum est, ut ex rebus ipsis tenuiorem substantiam eliciat, effectui accommodam: & quemadmodum medici succos eliciunt, ita dæmones spirituosam substantiam separent, ueluti formam à materiæ crassitie purgatam, & ea halituosa parte utantur tanquam proximo animæ instrumento, quo affectiones quascunque ferè momento temporis inducant: spiritus enim undequaque penetrat, & breuissimo tempore agit, ut patet in pestilenti aeris statu, serpentum

pentum uenenis, & omnibus contagiosis morbis. Specificam uerò, ac particularem rerum proprietatem cognoscere cùm hominibus sit difficile, nec dæmon aperire alicui consueuerit, quibus rebus ueneficorum ope mala inferat, hinc fit, ut ne medici quidem specificam ueneficij affectionem unquam potuerint certa coniectura consequi. Nam si particularem ueneficij qualitatem medici scire possent, remedia quoque eiusmodi ueneficā uim destruentia non ignorarent, cùm nullum, uel rarū admodum auxilium, nisi diuinum, uel satanicum, eiusmodi morbo laborantibus prodesse quotidie experiamur: & quamuis uarias ægritudines, ac cruciatus, linimentis industria paratis, excitari non dubitem, fieri tamen etiam posse arbitror, ut maleficus ceratis illis uti signis, ac maleficij instrumentis nihil agentibus, utatur, & dæmon ipse uel sua ui, uel medicamentis prauis, ac deletorijs intromissis, morbos, ac necem ægrotantibus inferat. In hoc medicamentorum externorum genus non possunt referri res illæ, seu, ut appellant exorcistæ, instrumenta, quibus frequentissime, ac passim ad ueneficia iaculanda uenefici utuntur: ut sunt cortices iuglandium, frusta, uel stipites ipsarum, leguminum, ac uariarum plantarum semina, plumæ, artificio quodam insertæ, acus, claui, uitra, ossa, capilli, ungues, fila quædam uestium, uel caligarum particulæ ab ægrotantibus desumptæ, particulæ mortuorum iam sepultorum, & eorum præcipuè, qui laqueis suspensi sunt, frusta funium, auium, uel ferarum intestina, uel aliæ particulæ, feræ ipsæ, & pręsertim serpentes, characteres quidam, imagines cereæ, uel plumbeæ, uel alterius rei, modo simplices, nonnunquam acubus, uel clauis transfixæ, & nonnulla alia incognita, quæ

dæ, non ob fœdus cum maleficis initum, abscondere consueuit in lecti puluinaribus, cultris, ac ceruicalibus, vel in liminari ostiorum, ac in multis alijs locis, aut etiam in chlamide, alijsue vestimentis ægrotantis consueuere absque vlla manifesta; chlamidis, vestimentorum, puluinarium, aliorumue locorum apertione, ac iactura: imagines verò acubus, vel clauis transfigunt in illis partibus, in quibus decernunt homini læsionem aliquam, & præcipuè insignem facere, experientia enim compertum est, similes læsiones eos perpeti, quales in imaginibus fuerunt designatę: & quibus pustulæ in toto corpore obortæ fuerunt, reperta sunt semina diuersa milij, aut cerialium, pustulis ijs, quibus scatebant similia, & lineis recondita, quæ omnia nihil agere in homines, vel animalia bruta possunt, cùm naturali virtute careant: qua etiam si pollerent; agere non possent, cùm ab ægrotante sint remota: actio enim, quæ fit à natura, effici non potest, nisi agens corpore vel virtute, & qualitate aliqua rem, quam vult efficere, tangat, vt sæpius dictum est. Nec sicut magnes trahit ferrum, & torpedo infert stuporē, ità res illæ, ac instrumenta morbos progignere, necemque inferre possunt, cùm illa ex occulta sua natura, ac proprietate illos effectus producere possint, ista vero nequaquam, siquidem adhibita cum quibusdam ceremonijs, & obseruationibus, mirandos effectus edunt; nulla verò adhibita superstitione, nullius sunt efficaciæ. Et quamuis instrumenta hæc nihil ex se agere possint, vult tamen dæmon apponi: vt hac ratione malefici seruitutem, ac obsequium illi prestent: & vt ijs, veluti signis quibusdam allici, vel cogi dæmon videatur ad agendum ob pactum cum maleficis

con-

contractum? nam apud illos, qui huiusmodi te-dus explicitum non inierunt, aut quibus dissolutum illud deinde fuerit, eadem verba, & reliquæ superstitiosæ obseruationes, irritæ redduntur. Et quoniam venefici quidam, Astronomiam profitentes, vnicuique metalli speciei planetum aliquem præsidem, ac dominum præficiunt, cùm aliquid perficiendi desiderio tenentur, metallum planetæ illi conueniens, sub eiusdem planetæ dominio sumunt, & quosdam characteres, & imagines in metalli lamina insculpunt, in qua corporis cœlestis virtutem, & influxum recipi, receptumque miros effectus præstare affirmant. Quidam verò alij, imagines illas effingunt, sine vlla siderum obseruatione, quæ necromanticæ appellantur. Ac vtræque quidem dæmonum fraude conficiuntur; diuerso tamen pacto: Astrologicæ, cum tacito, necromanticæ vero, cum aperto, Et cùm necromanticæ etiam ipso nomine, sint exosæ, & apertum sit eas ex malorum spirituum technis, ac fraudibus esse repertas, non est, cur quidquam amplius dicam, ad eorum confutandam opinionem. Astrologicæ verò, cùm neque planè perspicuum sit, an à corporibus cœlestibus aliquam vim habeant, & nihilominus id asserere à veritate sit alienum, confutari debent; & vt res impia ad credendum, ab animis hominum, eximenda est huiusmodi opinio: qui enim fieri potest, vt cùm cœlum sit vniuersalis causa, & indeterminata, vniuersalemque vim omnibus largiatur, ab eo imagines illæ particularem virtutem adipiscantur? particulares enim vires, quibus res inter se

se differunt, non à cælo rebus inferuntur, sed omnibus pro sua cuiusq; natura insunt. cũ enim vnã, & eandem omnibus qualitatem cęlum imprimat, eaq; res singulas confirmet, & tanquam ex somno excitet, vt pro suæ quæque naturæ, viribus actiones exerceat: ideò cęlum nihil propriũ imaginibus dare potest. Rursus, cùm actio, & passio in illis dumtaxat reperiantur, quæ ad id genus pertinent: naturalia verò, & artificialia genere omnino diuersa sint; eapropter naturalia corpora in artificialia, quatenus artificialia sunt, agere non possunt; nulla enim est astronomicarum imaginum conuenientia cum cęlo, neque secundum naturam, neq; motũ, neq; qualitates, & quemadmodum res naturales sine figuris, nõ sunt idoneæ ad cęlestes illos influxus accipiendos: insignitæ, ac insculptæ hisce imaginib⁹ nihilo magis aptæ erũt. Adde, quod ab arte imaginibus nihil aliud tribui potest, quam ordo, compositio, & figura, quæ agendi principia esse non possunt. Præterea, cùm insignia visu, effectuq; sidera ampliora sint, quam vniuersa terra, (vt est à mathematicis demonstratum) quomodo eorum influxus ad paruam, & singularem figuram coarctatur, ac restringitur, vt nõ etiam per alias res, plurimas tali figura carentes diffundatur? Quando verò per eiusmodi imagines, & characteres astronomicos tot scelera committi, & tot mira effici contingit; non imaginibus, sed dæmonibus, qui talia perpetrarunt, adscribẽda sunt: imagines enim nil aliud efficere possunt, quàm signa maleficorum, ac dæmonũ pacta ostẽdere. Et hęc de causis externis veneficorum morborum dixisse sufficiat. Quò vero ad causas internas erunt pariter, primùm quidem dæmon, deinde mala medicamenta, vel res aliæ, vt acus, capil-
li,

li, claui, & alia similia: ac dæmon quidem ipse per se, quoniam per notiones sibi inditas maximam omnium rerum scientiam habet, quam propter peccatum non amisit: virtutes enim cœlorum, stellarum, volucrum, piscium, arborum, herbarũ, metallorum, lapidum, elementorum, optimè callet, occultasq;, & admirandas rerum facultates, hominibus ignotas, ipsarumque rerum inter se sympathiam, vel antipathyam, & quemadmodũ applicari inuicem, & temperari debeant, quo tempore tempestiue ad operandum adhiberi sit opus, & quid homini prodesse, aut obesse possit, non ignorat: quid morbos, cruciatus, mortem, aut alia quæuis nocumenta afferre queat, optime nouit, & quibuscunq; rebus opus habeat, eas vndecũq;, & quocunq; vult maxima facilitate, ac celeritate clã hominibus transferre potest: omnia enim corpora ei, quò ad motum localem, obediunt: ideo quarundam rerum, vel totam substantiam, vel potius spirituosam elicitam partem in corpora maleficis id poscentibus, immittit: vt eorum deleteria, ac praua facultate varij affectus, ac dolores ad libitum veneficorum excitentur, vel interitus sequatur. Prætereà, cum dæmon sit substantia spiritualis, quæ instrumentis corporeis non impeditur, ex sua insita vi, in quodlibet corpus etiam inuisibiliter, insinuare se potest, vtiles humores exagitare, noxios in principes partes potissimũ, necnõ alias ignobiliores partes traducere, aut hisce venas, aliosue ductus obstruere, vel instrumentorũ structuram permutare, aliarumq; partium vnitatẽ soluere, ac separare. Quorum ratione innumerabiles morbi, hique grauissimi, cruciatusq; acerbissimi excitantur, sicut in his, qui ab ipso dæmone torquentur, cernere licet: itàut, & propria vi, &

auxilio,

auxilio, vsuque rerum naturalium effectus venefi-cià dæmone exerceantur: nam si aliquem melancholia morbo dæmon afficere velit, melancholicum succum auget, vel iam genitum, aut auctum commouet in cerebrum, atque in internorum sensuum sedes vapores atros defert: quod si apoplexiam, catochum, & alios similes affectus excitare statuerit, crassos succos ad cerebrum defert, quibus venas cerebri, vel eius uentres, vel neruorum origines obstruit: si cæcitatẽ, excrementa ad oculos traducit, vel neruos visorios ità comprimit, quominus facultas animalis visiua per eos transmittatur, vel etiam humorem aqueum chrystalino oppositum agitat, uel crassefacit, ut spiritus visiui permeare non possint: simili ratione surditatem infert, uel excrementa aceruando, uel neruum auditorium comprimendo, uel retinendo aerem congenitum, quo minus moueatur. Vtrum autem dæmon clauos, acus, carbones, sulphur, & alia similia in corpora ægrotantium immittere possit, quibus diuersimodè lædantur; sunt, qui fieri non posse credant, quòd ista vel per orsophagum, uel per anum, aliamue partem absq; uulneratione, uel sensibili saltem læsione illatum transire nequeant. At cùm experientia compertum sit, & omnibus ferè notum, complures ueneficio affectos, uel à dæmone obsessos, in adiurationibus, & ex alijs remedijs diuinis, talia, uel per uomitum, uel per secessum reijcere, sanitatique protinus restitui, aliqui arbitrati sunt, ea, quę ab hisce dæmoniacis euomuntur, uel deijciuntur, non esse species uerè naturales, sed apparentes, eò quòd breui temporis spatio, ut puta duorum, uel triũ dierũ uel paulò plus, resoluantur, ac pereant; quamuis à principio ueræ, ac naturales appareant, & hæc fie-

ri à dæmone, ut magis homines decipiat, ac deludat. Quidam alij dixerunt, illas quidem res esse ueras species, ac naturales, non reijci tamen uerè ex corporibus; sed dæmonem in ipso uomitu, uel deiectione citissimè, ac inuisibili modo aliũdè delatas ita immiscere, & abscondere; ut cùm uomitione, & alijs excrementis eductæ esse uideantur. Nonnulli uerò alij, rem hanc diligenter perscrutantes, ratione, & experimẽtis innixi, affirmarunt, instrumenta illa reuera à dæmone in corpora immitti, & extrahi, & esse species ueras, ac naturales: nec aliunde in actu reiectionis delatas; cùm dæmon nullo negotio res illas in minutissimas partes, & puluerem etiam frangere, ac cõterere possit, ut sensim in hominũ corpus ingerat, & ingestas rursus compingere: &, cum è corporibus eximere eas cogitur, idẽ efficere, ob imperium quod, permittente Deo, in naturam, naturalesq; res habet, ut superius dictum est: quod isti experimentis etiam plurimis, & proprijs, & ab alijs relatis, magis certum, ac uerum faciunt: res nempè ipsas è corporibus ueneficio affectis, uel à dæmone obsessis, pluribus diebus, mensibus, & annis seruatas fuisse: ut cernere est in monte Brandone apud Picenos, quo loco ad honorem Sanctissimæ Dei genetricis estructum est delubrum, in quo hæc, & maiora è laquearibus pendentia, omniũ conspectui sunt exposita: quæ ex varijs ægrotantibus, ob merita Sacratissimæ Virginis, necnon Beati Iacobi, franciscanæ familiæ, in eorum curatione eiecta sunt. Quæ opinio, cùm sit quorundã doctissimorum Theologorum, ratione, ac experimẽtis firmata, mihi probatur: vt meritò inter causas internas res illæ adscribi possint.

Plures

Plures fœminas, quàm masculos veneficis artibus esse imbutas: & quibus nominibus insignitæ fuerint, de eorumque ratione.
Cap. III.

VEneficijs magis mulieres, quàm viros incumbere, maioremq; numerum veneficarũ mulierum, quàm virorum semper fuisse, omnes fatentur: experientiaq, rerum magistra docet; itá vt ex quinquaginta veneficam artem exercẽtibus vix vnum masculum reperire liceat. Hoc etiam testantur Historici, Poetæ, alijq; complures de hac re agentes; qui de plurimis, ac innumerabilibus penè veneficis mulieribus, de paucissimis verò hominibus verba faciunt. Et ideò Plinius memoriæ prodidit, fœminarùm scientiam in veneficio præualere. Quintilianus latrocinium in iure facilius, veneficium verò in fœmina reperiri cuius quidem rei nonnullæ rationes afferri possunt. Primum quidem, quòd cùm mulieres sint fragiliores, imbecillioresq;, facilius illecebris flectuntur, minusq; ratiocinio valent: & ideo minori etiam negotio à dæmone decipiuntur, alliciunturque. Prætereà, cùm mulieres sint magis vanę, curiosæ, credulæ, ad malumq; proniores, & ad quædam aptiores; vt ad ea, quę obstetricum ministerio patrantur: ideò dæmon facilius eas ad has artes trahit. Adde, quod cùm fęminæ propter lubricitatẽ suę linguę nesciant tacere, quod norunt, & sciunt; multas alias instruunt, malarumque artium magistrę fieri gestiunt. Insuper, cùm fœminas magis lasciuire, & venereis stimulis lacesciri dæmon sciat: & tamen præ verecundia, neue sibi infamiæ

nota

nota inuratur; sua desideria explere non audeant: clandestinis artibus, ac lenocinijs, facillimè ad sua vota trahit. quasdam enim vetulas maleficas instruit, ac impellit, vt has, visitandi gratia, alijsue honestissimis titulis adeant, & paulatim modos proponant, quibus absque suæ famæ iactura, venereis congressibus vacare poterunt: & ità ad cōmercia dæmonum, formas venustorum iuuenum, eorumque præcipuè, quos ab ijs amari sciunt, assumentes, trahunt, ac ad alia flagitiosa facinora cogunt. Ad hæc, cùm mulieres aliqua iniuria sunt affectæ, & præsertim quædā iuuenculæ, quæ, cum sui corporis amatoribus copiam fecerint, spe, ac pollicitationibus futuri cōiugij: ab amasijs derelinquuntur, conceptaque spe frustrantur: iniurias vlciscendi cupidæ, summopereque exoptantes, nec ob animi, ac virium exiguitatem id consequi valentes, ad veneficia, satanicaque auxilia statim confugiunt, & inimicum, irrisoremque amatorem, vel illius sponsam, vel aliam, quam amare, & qua potiri eum, sciant, maleficijs grauibus, ac lethalibus afficiunt. Ideò cum plures fœminæ, quàm viri, veneficij peste correptæ inueniātur: ex consequenti venefici morbi, alijque effectus, veneficarum, non autem veneficorum nuncupantur, cū denominatio à potiori fieri debeat: & cùm multa, variaque sint scelera, ac opera, quæ ab hisce malis fęminis fiunt, propterea varijs etiā nominibus ipsæ sunt à scriptoribus nuncupatæ: quorum nominum rationes afferre non ab re erit: cùm, hac via, earum scelera magis aperiantur. Primo loco communiori nomine, Magę appellantur: quia auxilio dæmonum apertè, vel occulte scire aut facere se posse profitentur, quę viribus humanis perfici non possunt: Sagæ etiam dicuntur nō

ob id solum, quod satis agant, & in officio suo pessimo diligentes nimis sint, vt Acron iudicauit: sed multo magis à sagiendo denominatæ: sicut Ciceroni visum est: quia videlicet multa scire volunt: etenim sibi persuaserunt, se & scire, & facere posse, quæ secundum naturam scire, aut facere nemo possit: & sic à Magis differre nõ uidentur. Attamen sagæ, vel magæ debent dici illæ, quæ abiurato prius Deo, & religione vera, dæmoni manifesta sese stipulatione manciparunt: vt ab eo doceantur, & adiuuentur, carminibus, herbis, rebusq; alijs per se innoxijs, elementa turbare, tempestates ciere, hominibus, iumentis, agris, frugibus nocere, aliaq; mirabilia, & vires superantia naturalium corporum facere: quòd si putantur sola certarum rerum vsurpatione, absque vlla verborum admurmuratione, res suas agere: non faciunt tamen quicquam talium, absq; dira imprecatione, ac diaboli inuocatione. Lamiæ verò vocantur, propter similitudinem aliquam, quæ ipsis est cum lamijs antiquorum, quorum lamiæ, spectra, ac phantasmata erant, in formosarum mulierum specie cùm insigni splendore apparentes, quę sese amore iuuenum captas mentiebantur, & cum ipsis conuersabantur, dùm eos perderent, atque deuorarent. Empusas, ac marmolicias à quibusdam, ab alijs verò laruas, & lemures nuncupatas scribit, vna cùm Philostrato, Cœlius Rhodiginus.

Lib. 29. cap. 5. Quoniam verò, sagæ nostræ, non quidem spectra sunt, sed cum spectris conuiuantur, colludunt, negotiantur, libidinem exercent, ac infantum nõnunquam succos, carnesq; expetunt; lamiæ sunt vocatæ, ideo Horatius de eis scripsit.

Heu pransæ lamiæ puerũ viuũ extrahat aluo:

Striges etiam metaphoricè vocantur, ab aue huius

nominis,

nominis, quæ ueteribus credita fuit noctu infantium labris vbera immulgere. Et quia Sagæ aliquę infantium sanguinem, carnes, & pinguedinem appetunt, vt eis ad res pessimas peragendas abutantur, striges sunt vocatæ. De striga aue, Q. Serenus.

Præterea si fortè premit strix atra puellos
Virosa immulgens exertis vbera labris.

Vel striges sunt vocatæ, quia sicut aues istæ, noctu huc, & illuc vagantes strident, ità mulieres istæ noctu in suis maleficijs oblectari solēt, & huc, illucq; permeare. Veneficæ verò dicuntur, quod venenis, vel venenatis rebus noceant vt plurimum, & græcè pharmaceutriæ, seu pharmacides. Sicut enim pharmacum, ità venenum, bonum, & malū esse potest. Accedit, quòd, quæ exhibent, tametsi semper venena mala non sint, venena tamen putant esse, & tanquàm venena propinant. Incantatrices, vel excantatrices dicuntur; quia verba quędam concepta, quę carmina vocant scriptores, mussitant: quorum viribus magna, & admirabilia se efficere posse existimant, & dicunt. Hic verò modus veneficij ἐπῳδὴ græcis, excantatio latinis dictus est, vetustissimus: cùm antiquissimi græcorum eius meminerint, præsertim Hippocrates in libro de Sacro morbo. Plato in 2. de Republica, & Xenophon lib. 2. de dictis, & factis Socratis. Huc pertinent omnes, qui verbis, vel carminibus, aut solis, aut alijs rebus insuper adhibitis, sanguinem sistere, vulnera curare, dolores dentium sedare, ac morbos quoslibet pellere satagunt. Excantatricum verò duo sunt genera, alia enim manifesta pactione cum dæmonibus inita, suas incantationes instituunt: aliæ, nescientes verba, seu carmina illa ex fœdere cum diabolo facto valere; ea

sic recitant, ac si in ipsis verbis, aut carminibus vis illa tanta inesset. Et quoniam suprascripta nomina sunt simplicia, non videntur Syluestro Prierati, naturam totam harum mulierum explicare: cùm enim sint adeò voluptuosæ maleficæ, vt vt etiã in propria pignora sæuiant: & noctu diuq; sua exerceant facinora, à nocturna aue, & à veneficijs, strigimagas vocandas esse Syluester voluit.

De pactis tam expressis, quàm tacitis, quæ cum dæmone maleficæ contrahunt: ac de modo profitendi in earum secta. Cap. IIII.

VEneficia, artesque magicas ex commertio dæmonum cum hominibus, cõtracto inter eos fœdere aliquo, ortum habuisse D. Cyprianus, D. Augustinus, Angelicus Doctor, ac cęteri Theologi vno consensu scriptum reliquerunt. Et innumerabiles veneficarum publicæ confessiones, vim omnem veneficiorum à dæmonibus proficisci patefaciunt. Astutissimi, ac fraudulentissimi dæmones, vt complures ad veneficia scelera flectant, ac præcipitent, varias excogitarunt rationes cum hominibus paciscendi, vel tacite, seu implicitè, vel expresè, vel publice, vel priuatim: vel per se, uel per alias maleficas; & hoc, vel illo modo vtũtur, prout opus esse, pro varia hominum dispositione, cognoscunt. Pactum igitur tacitum, seu implicitum est in duplici, vel vbi quis ad suasiones, & deceptiones alterius in ea professione prouecti, aliquid labefactat eorum, quæ ad diuinum cultũ pertinent; præcipuè sacramenta; vel cum sacris verbis, vel in celebratione diuinorum, verba aliqua

vana,

vana, vel profana intermiscet, vel gestus aliquos facit; aut corpora quædam, vbi sacra administrantur, quibus vtatur in suis operibus, abscondit: & ità paulatim assuefit, vt ad grauiora etiam manus porrigat; vel cum filij, vel nepotes, & quicunque alij iuramento, ac fœderi per progenitores, vel maiores dæmonibus præstito, mediante aliquo signo, consentiunt. Et eò magis si matres nascentes filios ea intentione dæmonibus consecrarunt, vel ex nefando matris cum filio concubitu nati sunt, parum, vel nihil dæmones sollicitantur, ut alio ceremoniæ interponantur. Et hinc est, quòd per dæmonum ministerium pro initi fęderis signo, nonnulli venefici binas pupillas in oculis innatas: quidam in vno oculo geminam pupillam, in altero equi effigiem habeant; Dæmones enim tenelli embrionis carnem his, & similibus lineamentis, & signis fingere, & effigiare possunt. Vt autem dæmonum pactis, ac promissis sese stare demonstrent, quotiescunque fascinare, aut quid simile patrare volunt, verba proferunt, quæ à dæmonibus dictata fuerunt maioribus, vel eadem scripta superstitiosè gestant, vel similia alia faciunt: expresè vero consueuerunt maleficæ profiteri, vel dæmone, vel antiquiori malefico in priuatis ædibus, aut in publicis concionibus, ac conuentibus suadente. Dæmon enim cùm aliquas uidet paupertate oppressas egere, alias aliquos deperire, nec ratione verecundiæ, ac famæ, audere optatis frui, nonnullos graui, ac diuturna affectione molestàri, ac multis remedijs adhibitis, pristinæ non restitui salubritati, vel iniurijs affectos ulcisci non posse: hos omnes cùm paratos cognoscat ad omne flagitium patrandum, vt optatum finem consequantur, vel ipse, per se in forma viri, vel

per mediam aliquam maleficam, alloquitur, & suadet: & si monitis, & præcipiendis ab eo obsequi velint, optata consequuturos pollicetur, congressus venereos, diuitias, sanitatem, & vltiones: nullum autẽ est obsequium, quod à dæmone hisce non præstetur pacta seruantibus. Et quamuis in Italia exempla rara sint: extant tamen nonnulla. At in Germania, & Britannia frequentissima, ac multo magis in insulis ad Aquilonem spectantibus: referunt enim, vbiq; obuios dæmones haberi, qui ad omnem famulatum inseruiant, vt etiam alicubi, eorum opera, metalla è subterraneis fodinis eruantur. Efficiunt autem hæc, aliquando inuisibiles, nonnunquam famuli, aut alterius personam assumentes. Idcircò, & maleficæ mulieres frequentissimè in prædictis locis reperiuntur, ac viri magicis artibus addicti. Qui vt delerentur, ac exterminarentur, ab Innocentio Octauo, Theologi Inquisitores, duo in Germania cõstituti fuerunt, quorum alter breui temporis curriculo quadraginta veneficas, alter quinquaginta condemnarunt igne comburendas; ex quarum publicis in iuditio confessionibus, plurima eorum, quæ hic scribuntur, desumpta sunt. Expressus; ac solemnis modus paciscendi, vel profitendi in hac sacrilega professione est; vt qui iam initiati fuere, ducti ab aliquo ex professis in publicum locum, in quem certis diebus conuenire consueuerunt, dæmone vti rege in forma humana in quodam residente throno solemnibus quibusdam cęremonijs adhibitis, fidem catholicam abnegent; Saluatorem nostrũ Iesum Christum, eius beatam Virginem matrem, Ecclesiam sanctam, omnesq; Sanctos despectui, ac contemptui habeant, crucem sanctam pedibus conterant, Sanctissimæ Euchareſtiæ latentes digitis

gitis inferant calumnias, dæmoni in alto solio sedenti litent, sacra faciant, munera offerant, & pro vero domino agnoscant, baptismo renunc ent: quo facto, dæmon vnguem illis in frontem inijcit fingens se chrisma abradere, & baptismi characterem abolere, & ficte illos nouo tingit lauacro baptismatis: & negato priori nomine, nouum illis indit. Præterea, vt patrinis, & matrinis abnegent, quibus nouos alios assignat: ipsi frustum aliquod vestimenti exhibent dæmoni, & iusiurãdũ pręstant super circulo in terra sculpto; petuntq; se deleri de libro uitæ, & inscribi in libro mortis. His posteà dęmon in aliqua corporis parte, & pręsertim latente stigma, seu characterem suum imprimit, quod est insensibile, uel perforatum: sic signati complura præter relata pollicentur, nunquam Euchareſtiam adoraturos, sanctorũ quasuis reliquias, ac imagines despecturos, & confracturos, signo Crucis, aqua lustrali, sale benedicto, & reliquis ab Ecclesia benedictis, consecratisque, se abstensuros, confessionem peccatorum integram se nunquam manifestaturos Sacerdoti, istudque comercium cum dæmone pertinaci silentio obuelaturos, & quæ illic peragenda erunt, non segniter parituros: denique quotquot poterunt, dæmonis seruitio adiuncturos. Quibus vicissim posteà dæmon integram obseruantiam pollicetur, recepturos ab eo quicquid petierint, & post mortem illos beaturos. His peractis, dæmonum princeps, his particularem quẽdam dæmonẽ præficit, qui eas instruat, custodiat, in omnibus assistat, ac inseruiat, & optata exhibeat, & præsertim ad conuentus nocturnos in forma hirci, seu alteri⁹ animalis statutis noctibus transferat, quem quidẽ dæmonẽ, Magisterulũ, seu martinellũ appellant.

Cui quidem magisterulo, seu, vt alijs placet, dæmonum principi, miseræ illæ seductæ animæ suæ, ac corporis dominum cum iuramento pollicentur: quod homagium præstare dicunt; quam promissionem scriptis tradere, & etiam proprio sanguine nonnunquàm iubent. Vbi verò in scelerata professione confirmatos toto corde agnoscunt dæmones, ad nefandissimos ritus, & crudelia scelera trahunt. Nam iubent infantes rapi, cæremonijs quibusdam immolari; posteà decoqui, donec tota caro in liquorē contabescat: ac de solidiori materia vnguēta parari, quo peruncti, transformari, & per aerem ferri possint: liquorem verò in vtre seruari, vt illius potu, paucis ceremonijs adhibitis, conscij totius portentosę artis reddantur. Tanta tamen auiditas, vel poti⁹ rabies ijs inascitur humanæ carnis, vt è sepulchris, cùm alia non sunt ad manus, cadauera furentur, & proprios etiā filios mactent, ac deuorent. Ex hac secta, Cyclopas, & læstrigonas fuisse in Italia, & Sicilia, memoria est, humanis carnibus vescentes: vnde & hodie vulgo striges, & strigones uocantur. Dæmones postea, ut diximus, his pollicentur blandissima, ac desideratissima quæque, & opera admiranda, quæ recensuimus eas præstare posse: tùm maleficia inferre, ac soluere, & uaticinari, prout libuerit: amplius, terrorem, incutere, & tremorem satellitibus, qui apprehendere eas tentauerint: uel, si captæ fuerint, quocunque tormento ueritatem ab eis extorqueri non posse: insensibiles enim eas, ac taciturnas reddi; & iudicem, si priores aspexerint, ad misericordiam flecti: quædam etiā igni adiudicatæ cremari non potuerunt, donec uenefici j instrumentum intra cutem clausum, & consutum, manifestaretur. Experimento etiam compertum

tum

tum est, ueneficas coram iudice lachrymas effun- dere non posse quocunque tormento. Et in ueste, aut capillis, uel pilis corporis, uel etiam pudẽdis absconditum esse instrumentum, quo mediante, dæmon eas reddit taciturnas. Quod ut facile agnoscant rerum capitalium, & huiusmodi scelerum Iudices, id inprimis curant, postquàm istæ sunt captæ, ut toto corpore tondeantur; nouaculaque abradantur, ne signum maleficij aliqua in parte celetur: quamuis aliqui hoc esse stigma quoddam a dæmone impressum arbitrentur: non solum pro taciturnitate paranda, sed ut istæ in suę addictionis fidem hanc quasi notam, ac uestigium gestent. Quarum aliquæ sub oculorum palpebra, aliæ inter nates ipsas, nonnullæ in oris palato abscondunt, ut ea ratione alijs sint occulta. In quacunque enim parte sine earũ sensu integra acus, vel ferrum aliud abscondi potest. Alij uerò dixerunt, non omnes ueneficas, stigmate à satana esse notatas; sed illas dumtaxat, de quarum fide dubitat. Quæ autem recensuimus, confessæ sunt, aut prius pęnitentia ductæ, ad fidem reuersæ catholicam, quæ non scilicet toto corde in sacrilegam professionem fuissent ingressæ, aut remedijs contrà uim taciturnitatis, uel tormentis, coactæ sunt ueritatem fateri. Alia etiam ratione expresse maleficì cum dæmone paciscuntur, ut notat Martin⁹ Delrius tom. 1. disquis. mag. lib. 2. q. 4. per libellum scilicet supplicem, quem dæmoni offerunt: & sic nostris temporibus Martinenses in Normandia magos librum composuisse, quem oblaturi erant Sybillis magiæ Necromanticæ pręsidibus, cuius summa erat: se orare dominas uti dignarentur libros suos magicos consecrare ad eum effectum, ut mali spiritus ipsis promptè per omnia

obedirent iuxta formulas coniurationis in libris contentas: & ut uocati, sine noxa appareant in forma pulchri iuuenis: & ne esset necesse circulum facere, aut subire in domibus, aut agris: secundò, ut Sybillæ libris suis signum, seu characterem imprimerent; ut plus efficaciæ, & dominij libris inesset in prædictos spiritus. Tertiò, ut supplices redderentur tuti à Iudicum insidijs, & punitione. Quartò, ut cępta omnia, & studia illis prosperè in aulis, & amicitij, principum succederent: in ludis quoque semper quandocunque uoluerint, lucrentur. Quintò, ne inimici ipsis ualeant nocere. Pro his uicissim polliceri sese prędictas sybillas pro dominabus, ac principibus suis perpetuò esse habituras; & quotannis singulas animas se eis oblaturas, hoc est necaturas, & sacrificaturas: uel certè ad hunc perfidiæ ritum iniaturas hominem unũ quãdiu uiuerent hoc ipso consecrationis librorũ die: hac tamen lege, ut Sybillæ hæc postulata eis bona fide præstarent.

Veneris impotentiam matrimonio coniunctis potissimum, sterilitatemque inferre: genitalia præstigiosè auferre: abortus facere: lac exiccare: vrinæq; retentionem, necnon pariendi difficultatem veneficos poße facere. Cap.V.

QVamuis dæmon ad varia veneficarum scelera præsto sit, suamq; vim libenter impartiatur illis; pro impedienda tamen matrimonij copula, libentius illis opitulatur; & fauet: cùm ex hoc hominum propagatio maximè impediatur: quod ipse potissimum in votis, optatisque habet: quò prædestinatorũ numerus tardius expleatur: amor

mutuus

mutuus coniugatorum aboleatur: adulteria multa committantur: & quandoq; aliquorum neces sequantur. Vnde plures in cubili, Asmodæum luxuriæ principem, quàm in conuiuio Mammonam interfecisse ferunt. Consueuerunt itaque malefici homines coitus impotentes reddere, modò ad omnes mulieres, modò ad vnam tantum, & eos potissimum, qui matrimonij Sacramento sunt coniuncti: vt erga vxorem propriam frigeat venus; erga verò alias nequaquam. Quod genus veneficij ligatura etiam antiquitus est appellata, & est omnium veneficiorum frequentissima. Ideò Virgilius rerum experientia edoctus, scripsit. Eclog. 8

Necte tribus nodis trinos Amarylli, colores
Necte Amarylli modo: & veneris, dic, vincula necto.

Libentissimè verò à dæmone exercetur hoc veneficium inter coniuges: vt tàm viros quàm mulieri, peccandi occasionem suggerat: & sic excitationem libidinis ad vnam tollere, & in aliam incēdere vi sua, aut externa virtute potest. Nam, etsi in omnibus peccatorum generibus homines sollicitat: in carnis tamen peccata maiorem tentandi solertiam adhibet: cùm per hanc viam originis culpam contrahamus; qua præcipuè dæmoni subditi facti fuimus, vt scribit S. Doctor in 4. sent. d. 34. art. 3. ad 1. Matrimonij igitur copulam multis modis impedire potest: primò, excitando in vno odium, ac fastidium in alterum coniugem: ac deformem, ac infestum suadendo. Secundò, vim generandi, seu semen eliciendi vim, varijs medicamentis adhibitis, tollendo. Tertiò, coniugum corpora per interpositionem alterius corporis, ne mutuò adhereant, distrahendo, & amouendo: sicut

ficut de quodam iuuene litteris proditum eft, qui & Idolum, & iuuenculam defponfauerat: quam tamen cognofcere nequibat, fe in affumpto corpore dæmone interponente. Quartò, coeundi voluntatem diuertendo à coniuge, & in aliam, vel alium inflammando. Quintò genitalis membri rigorem reprimendo, feu auferendo: ficut etiam motum localem vniufcuiufq; organi impedire poteft: vel alia via membrum inutile reddendo. In muliere etiam pudendi arctationem, vel talem affectionem inferendo, vt viri acceffum ferre non poffit. Sextò fpirituum emiffionem, in quibus eft mouendi vis ad membra, prohibendo, vel feminis vias intercludendo ne ad generationis vafa defcẽdat, neuè emittatur. Comes quidam, vt Pierius fcribit, in Argentinenfi ditione, cùm vxorem duxiffet, per triennium veneris officium complere non potuit: cafu autem de veneficij inftrumento certior factus, liberatus eft. Cùm enim peregrè profectus, mulierem offendiffet, quam pro fcorto anteà habuerat, poft mutuas falutationes, interrogatus de valetudine fua, ac fuorum; profperè in omnibus refpondit: quo turbata mulier iterum interrogauit, vtrum filios adhuc ex vxore habuiffet: annuit Comes triennio tres habuiffe: cum adhuc magis vultu conturbata effet mulier; cur, inquit Comes, turbaris? fortè meam mihi inuides fęlicitatem? non, inquit mulier, fed vetulæ fuccẽfeo, quæ putauit fuo maleficio vim procreandi liberos fe impedituram: in cuius fignum, ait, puteus, qui in medio clauftri eft, ollam infundo continet, in qua res quædam clauduntur veneficij inftrumẽta: gaudeo autem, illa irrita effe, ac tuæ fęlicitati gratulor: quibus auditis Comes, in patriam reuerfus, repurgato puteo, ollam inuenit, quàm prædi-

xerat

xerat mulier, & combustis instrumentis illis, in posterum nullo impedimento vxore sua vsus est. Similem huic historiam, sed multis præstigijs refertam, scribit Paulus Ghirlandus, ex quibus constat, eos qui non dæmonibus, sed vel naturali causæ nobis occultæ, aut hominum artibus, coitus impotentiam adscribendam esse dixerunt, malè sensisse: cùm tali, ac tanta virtute dæmones prædictos esse non crediderint; qui nihilominus septē viros Saræ non coeundi dumtaxat virtute, sed vita quoque priuarunt. Nam, si à causis naturalibus impedimentum illud oriretur; cùm omnibus mulieribus eandem difficultatem haberent homines: verùm quoniam experientia compertum est, multos esse, & fuisse, qui cum vna, uel cum omnibus rem habere possunt; & cum alia commisceri non possunt: vicissimque multas fœminas à proprijs maritis auersas, cęteris verò addictas: propterea dæmonis astu, & solertia id fieri haud negandum est. Imò quàm antiquum, nedum verum sit hoc veneficium; ex antiquioribus historijs depræenditur. Inter quas, Herodotus testatum reliquit, Amasim Aegypti regem, veneficio, veneris impotentē factum esse erga laidiceam vxorem suam: quousq; quibusdam carminibus, precibusq; solennibus ad pristinam redactus est conditionem. Præterquam quod id constat ex omnibus legibus, præsertim in iure Pontificio, in 33. q. 1. si per sortiarias, ac maleficas artes, occulto, sed nunquam iniusto Dei iuditio permittente, & diabolo præparante, concubitus non sequitur; &c. omnes etiam Sacri Theologi id manifestè sentiunt, & probant; præsertim D. Thomas in 4. sent., vbi scribit, hominem ligari, vt eius verbis vtar, ad unam, & non ad alias. Notandum tamen quod aliqui referunt plures esse

In tr. de sortil. q. 6 nu. 15.

Tob. c. 6.

Lib. 2.

Dist. 24

modos,

modos, quibus huiusmodi veneficia fiunt; & non solum pro impedienda copula; verùm etiam ad tollendam, vel impediendam generationem. Cui etiam veneficio omnes non subijciuntur, sed magis, & vt plurimum, gratia Dei destituti, vt probat Iacobus Sprenger. Quæ veneficia, vel statutis diebus, mensibus, vel annis: vel in perpetuum consueuerunt inferre. Impotentes verò ad exercendam venerem magis redduntur viri, quàm mulieres: cùm causæ huiusmodi defectus facilius in viris, quàm in mulieribus inueniri possint: & plures mulieres veneficæ sint, quàm viri: & ideo magis viros allicere, quàm mulieres; ac de illis vlcisci, cùm aliqua iniuria fuerint lacessitæ, cupiunt. Cur verò venereus actus respectu vnius, & nõ alterius mulieris interdum præpediatur; D. Bonauẽtura respondet: ideò esse, aut quia venefica respectu determinatæ personæ diabolum asciuit, vel cũ eo fœdus inijt: vel quia Deus, respectu cuiuslibet, impedire prohibuit, cuius occultum iudiciũ hic latet, vt liquet de uxore Tobiæ. Nonnulli etiã reperti sunt, ex veneficio, mutone priuati, vt ex multis historijs patet: quarum unam dumtaxat hæc loco referre, liceat. Iuuenis obscuro loco natus, diu quadam iuuencula potitus, uolens eã deserere, reperit se genitalibus priuatum. Cùm verò tristis cellarium uinum empturus adiuisset, superuenienti cuidam mulieri, causam tristitiæ aperuit, & effectũ ipsi inquirenti monstrauit: quamq; maleficam in hoc negotio suspectam haberet, dixit. Cui mulier, uel blandissimis uerbis, ac pollicitationibus, uel minis, & ui, opus est, ut eam ad pristinum tibi statum restituendum cogas, & impellas; qui monitis parens, obseruato tempore in noctis crepusculo, opportuno loco eã comprehendens,

2. par. mal. 6. p. c. 27.

dens, cum preces eam flectere non potuissent, iniecto ad collum panniculo lineo, quo clamare mulier prohiberetur, penè ad mortem eam compressit, nec eam ante, quam sanitatem promitteret, laxauit, quæ tactu manus inter fęmora, præstigiū omne abstulit. Quærunt modo Doctores, an dæmon uerè, ac reipsa pudendum uirile possit auferre? Et quamuis nonnullis argumentis id esse posse probabile uideatur; nihilominus, in eam probabiliorem sententiam ueniunt, id potiùs fieri præstigiosa, ac illusoria dæmonis arte, quam multis modis exercere potest, ut apud ipsos legere est. Nec hominibus tantum sterilitatem, uerumetiam, & iumentis maleficia inferre, ex confessionibus ipsarum ueneficarum patet. Et quod est magis impium, abortus etiam facere, & lac exiccare experimentis plurimis innotescit. Quidam enim ueneficus captus, in iudicio confessus est, suis se ueneficijs effecisse, ut quędā mulier p multos annos abortū faceret: fętu septies in utero enecato: ideq; etiā contigisse pecoribus, ac iumentis omnibus utero gerentibus tunc temporis. Instrumentū uero, quo utebtaur, fuit serpens in limine ostij reconditus: quo perquisito, & puluere tantum, aliquibusque uestigijs serpentis, ob diuturnitatem temporis inuentis, igneq; concrematis, fœcunditatem fuisse restitutam. Et quoniam urinæ suppressio à græcis ischuria dicta, grauissimum malum est: lotio enim suppresso, uesica, ac lumbi distenduntur ægrotantium; similiterque pecten, & femora tumefiunt: &, cùm lotium non excernitur, subiecta membra mortificantur; & inde paulò post moriuntur: hanc ideo sęuam ægritudinem, quam ipsi uenefici, coarctare, seu inchiodare uulgo nuncupant, etiam inferre sciunt: ex qua iuuenis

quidam

quidam ferè obijt: Cui malo, vt dedecus etiam adderet veneficus; in publico loco vrinam ipsum emittere, coegit, ac etiam colludendo, impedimẽtum abstulit: qui tamen veneficus, non post multum tempus, maniacus, ac rabiosus interijt. Sex istis veneficijs, ac præstigijs aliqui septimum addunt; pariendi scilicet difficultatem, ac etiam perpetuam nixi auctoritatibus Pausaniæ in Poeticis, & Apulei lib. 1. asi.

Amorem effrenatum, ac odiũ intestinũ dæmones, per se, aut per veneficos inducere, & homines sua vi dementare posse. Cap. VI.

LIcet dæmones libero hominis arbitrio vim inferre nequeant, minimèque nostram mentẽ contingere possint, vt hunc odio, & illum amorẽ prosequamur, libertati enim in qua Deus hominem creauit, repugnat, iuxtà illud Eccl. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui: inferiores tamen animæ vires, & inter alias, phantasiam præcipuè, variè afficerẽ possunt: & in ea quidquid voluerint, menti prospiciendum proponere. Quamobrem ad affectus, ne dicam defectus, & cupiditates nostras, ad amorem, & odium excitandum, peritissimorum pictorum arte, & officio fungantur: qui res omnes, quas pingunt, nunc hac specie & figura, nunc illa, non pro eorum natura, sed pro arbitrio suo, effingunt. Qua profectò arte, si nos ad amorem incitare, & inflammare cupiunt rem, quam nobis cogitandã & intellectu contemplandam offerunt, omnium formosissimam, & maximè delectabilem, atquẽ amabilem depingunt; licet turpissima, & fœdissi-

Cap. 7.

ma

ma illa sit: &, pro sua libidine, eandem rem nunc pulcherrimam, nunc maximè deformem, in nostram pernitiem, nulla interposita mora, effingũt: nosque ad amorem, vel odium instigant, & inflãmant. Quibus accedit, quod, vt D. Hier. in illa verba: Virtus eius in lumbis eius, dæmones, inquit, naturali iuuenum calore, & cupiditate ad eorum lasciuiam abutuntur. Quem quidem calorem, flatu, ac suggestionibus adeò incendunt; vt eos, hoc incendio, deuorent; atque consumant. In cuius rei testimonium, illud Pygmalionis Cilicis filij, qui in eburneam statuam exarsit, facere videtur; de quo apud Aelianum sic legitur. Adolescens summo natus loco, statuam bonæ fortunæ deperibat, & sæpè in amplexus eius se insinuãs, oscula dabat: atque inde in furorem raptus, propter cupiditaté in senatum veniebat, & enixè rogabat, vt sibi liceret eam emere. At cùm nihil proficeret, multis regijs sertis imagine coronata, oblato sacrificio, ipsaq; vestitu prætioso exornata, sibi mortem lacrimis consciuit: adeo praua dæmonum vis in eũ potuit: flatu enim, & suggestione, satis per se incensũ animum ad mala procliuem inflammant; inflammatumq; in peccata, & in excidium præcipitant. Hoc pacto carnis appetitus, vbi accensus fuerit, ità volontatem ipsam sollicitabit, vt eam in suam sententiam trahat: eòq; magis, si uitiosis affectibus, & cupiditatibus, quæ à carne ortum habent, luxus, crapula, & cibi, uenerem excitantes, accendant: Vel, si dæmones clam in eorum corpora aliquid ingerant, uel exterius apponant, eorum quæ ad stimulandam uenerem idonea sunt. Vel, si in spiritus eorum agendo, phantasmata uaria in eorum sensibus forment, quibus ad amorem alliciantur: & turpissimarum etiam, ac infamium mulierum

amore

amore exardescant; cuius rei plures historiæ apud auctores de ueneficijs agentes, leguntur: ex quibus unius tantum meminisse uolo. In quodam Hetruriæ oppido, iuuenis quidam adeò perditè ueneficam mulierē adamauit; ut formosam alioqui, & honestam uxorem, una cum filijs reliquerit, & cum pellice suorum immemor, uitam eòusque traduxerit, donec uxor, de maleficio monita, eò concessisset: & clam maleficij instrumento perquisito, inuenisset sub lecto buffonem olla inclusum, consutis oculis. Eo igitur abrepto, &, solutis oculis, posteà igni concremato, cōfestim uir, suorum recordatus, tanquam à somno surgens, ad uxorem, & filios reuersus est. Et hæc quamuis dęmon per se facere possit; nihilominus, ob fœdus cū maleficis initum, sæpè, ac sæpius pro earum arbitrio, & uoluntate, operatur: ut medijs quibusdam instrumentis (ut in explicata iam historia cōstat,) & ueneficijs, quoquo pacto cogi uideatur: solent enim satanicæ mulieres, pluribus rebus, & potissimum diuinis Sacramentis, ac Sacramentalibus, alijsq; ad diuinum cultū spectantibus, abuti. Ideò profanam quandam clauiculam Salomonis dictā, in detestandos usus usurpant. Lapidem magnetē aqua sacri baptismatis impiè abluunt, & (ut ipsi existimant) sacram faciunt. Imagines cereas ad ignem adurunt, & liquant, adhibitis quibusdam nepharijs precibus, & execrationibus, quas commemorare animus exhorrescit: existimantes ad calefactionem, & liquefactionem imaginis, cor fascinandi, amore inflammari, ac ardenter feruere: uel menstrua sua excrementa propinant, quibus se cogere ad sui amorem posse iactant. Quib' medijs, & instrumentis nihil agentibus in ueneficio affectum, dæmon tamen uim suam ità exercet,

ut

ut homines veluti dæmentes, ac maniaci fiant: qui quidẽ arreptitij propria significatione vocari debent; eò quod ab eminẽtiori natura corripiantur. Similiter quando dęmones ad odium aliquẽ excitare satagunt, in illius phantasia, (vt diximus,) omnes opportunas odij causas pingunt, ac veluti ob oculos ponunt, & ad memoriam reducunt, miris amaritudinis modis, eiusmodi causas augendo; corporis etiam humores turbant, omnesq; ad melancholicum; & colericum tendere cogunt. Quibus humoribus conturbatis, & tristitia cum odij causis accensa, dissensionis quoq; fomentis disseminatis, adeò cor cum toto corpore contrà hominem illum odio, & furore afficitur; vt ignẽ euomere, & contrà illum furere videatur. Quòd quidem eò facilius dæmones exequuntur, si maleficarum opera res quasdã odio excitando, (vt ipsi existimant,) idoneas adhibeãt, vt serpentũ capita, ac pelles alicubi repositas, vel res alias complures, quas recensere non est opus. Cuius quidẽ rei exemplũ memorabile referam. In oppido Sepino ditionis Neapolitanæ, erat quidam Iacobus nomine, cuius vxor tantũ odiũ cum eo exercebat, vt à primo die, quo inter ipsos matrimoniũ cõtractũ fuit: simul habitare nunquã potuerint; tãtũ abest, vt sese inuicẽ copulauerint: & si quando Iacobus ad vxorẽ accẽdere voluisset, tãto furore, ac rabie pcita uxor erat, ut se per fenestrã potius præcipitẽ dare, quã illũ pati posset. Quod cũ cuidã religioso ab ipsis, hospitio recepto, relatũ esset, de hac re dubiꝰ ille, & ad fidẽ pręstandã difficulter se habens, experiundi gratiã, illicò mulierẽ accersiri iubet: eiusq; maritus in interiorem ædium partem sese abdidit, ne eius presentia vxor ingredi renueret. Venit mulier, quæ de odij causa contrà coniugem interrogata,

suam vicem prius, miserumq; fatum cùm deplorasset, se nullam, inquit, eius rei rationem reddere posse: quin absentis mariti tanto desiderio, & amore se flagrare dicebat: vt id uerbis exprimere non posset. Cùm autem ad illum alloquendum, & videndum accedere vellet, illicò imaginationi suæ tot deformitatibus, & turpitudinibus, totque horribilibus monstris maritum apparere; vt mortem prius subire velle se, quàm illum ferre asseueraret: quod eius anima tota, omnesq: vires, ac spirituum partes, in maritum tanquam in oblatum malum, & sui perniciem ferebantur: rursus eo absente eiusdem desiderio æstuare se aiebat. De cuius mulieris verbis, cùm bonus ille sacerdos periculum facere vellet: dixit mulieribus eam comitantibus, vt illam circum pedes, & bracchia, super lectum, valido fune in crucis modum vincirent: quò maritus omni repugnantia remota expeditũ accessum ad eam haberet: verebatur enim ille Sacerdos, ne ob deformitatem aliquam celandã, mulier se ità affectam simularet. Vxor denique ob mariti desiderium, se ligandam tradidit, rogans, vt ad se maritum admitterent: quo ingrediẽte, nullæ vnquam furiæ tàm immanes visæ sunt, nulla fera ita efferata, nulla belua tanta rabie, & furore concitata, quæ cum ea conferri posset: spumam ex ore emittebat, dentibus fremebat, oculos contorquebat, totumq; corpus veluti furijs agitatum, ac dęmonibus plenum videbatur. Mulieresq; ibi assidentes retulerunt, eius ventrem, ac stomacũ funibus contortis, quos ipsæ tangebant, refertum visum esse, totamq; cutim, vt flagris cæsam redactam. Nec furendi finis factus est, donec maritus concertationis labore defessus, & illius misericordia motus, illinc exijt. Et tandem post tres annos mulier

mulier quædam in veneficijs verſata, quæ Iacobi matrimonium cum illa vxore grauiter, moleſtèq; tulerat, maleficium, quod patrauerat, ſoluit: & ità Iacobus vxore potitus eſt: & inde in ſumma pace, atque otio tranquilliſſimè vixit. Ecce quomodo dæmones ad veneficarum vota, odij cauſa eſſe poſſunt, humanum corpus atro, turbidoq; ſanguine, & quadam obſcura melancholia afficiendo, in nonnullos frigus inducendo, in alijs humores exurendo; vnde inſolentes, inuidos, tumidos, ac miſanthropos homines efficiunt. Adde, quòd ipſam quoque hominis imaginationem varijs ſpectris, phantaſmatibusq; ad eam rem depingunt. Sæpè etiam corpori illabuntur, animæq; potentijs corpori affixis adhærent: ex qua actione intellectus turbatur. Et quia voluntas rem oblatam ab intellectu ſub boni ſpecie accipit, hinc fit, vt dæmones in voluntatem, ex accidenti agere dicantur, quam ea via grauiſſimo odio incendere aduerſus aliquem poſſunt. Qui quidem odij, & inimicitiæ modus inter matrimonij Sacramento coniunctos potiſſimum à dæmonibus exerceri cõſueuit, vt in adulterij crimen eos impellant, & ad alios luxuriæ turpes actus habiles reddant.

Maleficos ope dæmonum ſeipſos, vel alios in apparentem, aut imaginatam brutorum, aut aliorum rerum figuram mutare, dæmoneſq; corpora aſſumere poſſe hominum, brutorum, aliarumq; rerum formas effingentia. Cap. VII.

MVlta ſunt in rerum natura, quæ, quoniã audita ſunt, vel viſu noua, vel ſupra captum cogitationis ardua videntur, à pleriſq; mendacia

existimantur. Quæ tamen si accuratè explorentur: non modo euidentia, verumetiam factu facilia apparent. Et quamuis hominum transmutationes in varias brutorum formas sint non solùm à Poetis, qui multa his fabulosa etiam admiscuerunt, decantatæ: verumetiã ab historicis plurimis cùm antiquis, tùm recentioribus, descriptæ. Nihilominus, qui vim dæmonũ naturalem, & quot miranda, sola hominũ arte effici posse ignorant, id negare audent. Inter multas enim magorũ operationes nulla est magis prodigiosa, admirationeq; digna, quàm transmutatio corporũ in varias animalium effigies: vt in seipsis, ac in alijs isti malefici, prout libuerit, facilè auxilio dæmonum experiri sciunt. Quæ tamen transformatio nõ est formalis, (eam enim solus Deus efficere potest;) sed accidentalis, qua vel forma naturalis visui perspicua mutatur: vel alia ei extrinsecus præstigiosa arte aduenit. Potest enim dæmon, ex aliquo morbo quàm citissimè inflicto, corporis speciem mutare: de qua, sicut de priori, non loquimur; sed de ea, quę deforis aduenit: quæ non vno dumtaxat modo; sed innumeris propè vijs effici potest. Prima, sensuum vires obnubilando, ne ad rem, quę sensuũ obiectũ est, pertingat. Secundo obiectũ ipsum occultando, & eius loco rem aliam ostendendo: & sic, pro homine, nonnulla nobis obijciunt, quæ bruti, formam referant. Tertia, vim oculorũ impediendo, sicut Vitostus Helsingorum princeps, suis præstigijs, quos volebat, ità officio videndi spoliabat, vt propinquas ædes nec prospectu capere, nec certis vestigijs indagare possent. Quarta, aerem, intermedium inter nos, & rem, quam nobis occultare volunt, condensando, illiq; rei similem reddendo. Quinta, nubem ad alicuius rei similitudinem re-

dactam,

dactam, lineamentis fingendo, quæ res illa nobis videatur, quam ostendere cupiunt. Sextà, ex subtilioribus elemẽtis corpora effingẽdo, & quibuslibet rebus similia reddendo. Septima rerum, quarum simulachra in hominum imaginatione recepta sunt, immutationes dæmones faciunt: non secus, ac somniorũ apparitiones fiunt: quorum Aristoteles causam reddens, ait: animali dormiente, & ad sentiendi principium plurimo sanguine descendente, impressiones, ex sensibilium motionib⁹ factæ, descendunt: ac perinde, ac ab ipsis externis rebus phantasia, immutaretur, apparitiones fiunt. Humorumq; dictorum tanta commotio, atq; agitatio cũ spirituũ eleuatione esse potest; vt huiusmodi apparitiones etiã vigilantibus appareant, idque quo pacto fieri queat, in phrenesi laborãtib⁹ animaduertere possumus: & veluti per humorũ agitationẽ hoc vsu venire cõtingit: ità p dæmonũ vim, quibus omnis sublunaris materia obtemperat, effici posse nõ dubitamus. Quo quidẽ modo dæmonũ arte parato, illud quod Solinus de Neuris populis asserit, intelligendũ puto, æstatis tempore in lupos mutari: deinde, fatali hoc tẽpore exacto, in pristinã faciẽ, ac formã reuerti sibi videntur. Cùm enim phantasia eorũ immutetur, existimant, se in lupos conuersos. Ad statum autẽ naturalẽ redacti videntur priorem formã recepisse. Sic illud Plinij intelligi potest, quod Euanthes tradit, ex gente Anthęi unum hominem sorte electum ad stagnum quoddam eius regionis duci, vestituque in quercu suspenso, tranare, & in deserta abire, atque in lupum mutari, per annos nouem cum cęteris eiusdem generis animantibus congregari: quo tempore si ab hominum carne abstinuerit, ad idẽ stagnum reuerti, & cũ tranauerit, pristinam formam,

Libr. de somno, ac vigilia.

Cap. 20.

Lib. 8. cap. 22.

noué annorum senio addito, recipere. Ita, & multæ aliæ transmutationes possunt intelligi. Hanc verò in lupi figuram, transmutationem, nequaquam cum morbum esse duco, quem medici græci, Paulus, Aetius, Oribasius, & Actuarius, Lychantropiam, & Lycaoen Latini verò lupinam, seu caninam insaniam nuncupant. Nàm præterquam quòd hæc affectio est illa quidem preternaturalis; non tamen est supra naturam; sed ortum ducit ab atra bile, imaginationem, ac cogitationem ipsorũ lædente: illæ verò fiunt dæmonum arte: & affecti hoc morbo, existimant se lupos, vel canes esse: vel in lupos, vel canes conuersos: ideòq; solitudines, ac deserta loca quęrunt, præsertim verò in Februario mense, noctu domo egressi, lupos in rebus omnibus imitantur; & donec dies elucescat, circà defunctorũ monumenta plerunq; vagantur; eaq; etiam aperiunt, & sæpè luporum more vlulant: maleficio verò correpti, quamuis oculis suis lupi formam præseferant, sicà dæmone fascinati; cognoscunt tamen, & sciunt se esse homines, nec sensus interiores illorũ sunt læsi, vt clarè ex historijs scire possumus: inter quas hanc ab omnibus ferè recentioribus receptam recensere libet. Referunt enim in Salaminæ Cypro, cùm nauis eò applicuisset, commeatus emendi gratia, iuuenem è naui egressum, à muliere quadam oua emisse, quæ cùm in littore comedisset, post horæ spatium, vocé amisisse, ac semistolidum redditum: cùmque nauim conscendere tentasset, repulsum à socijs fuisse, illum non agnoscentibus, sed asinum putantibus: cùm autem miser nequicquam verbis significare posset, ac nauim iam è portu solutam conspiceret; anxius, & consilij inops ad mulierem reuertitur, cuius maleficio se detineri suspicabatur: quę cùm

Lib 3. ca. 16: Ser. 6. 11. Lib. 8. Synop. c. 10. Libr. 1. meth. ca. 16.

cùm nullum auxilium impetraret, occasionem expectans, per trienniũ ruri mansit; interdiu quidem more asinorum onera portans, noctu verò viri officio fungens: continuè autem mutus, vt nemini communicare posse, ueneficæ præstigium perstitit. Cùm autem casu in oppidum ductus esset, & ante templum pertransisset, visus est à mercatoribus quibusdam Genuensibus asinus poplitibus posterioribus flexis, & anterioribus sublatis, Eucharistiæ eleuationem, quæ tunc fortè celebrabatur, adorare. Quo perspecto prodigio, mercatores rati mulierem asinum ducentem, maleficam esse: (nàm id genus præstigij in Asia erat frequẽs) vrbis præfecto rem denunciant: cuius iussu mulier depræhensa, & veneficium confessa, spe ueniæ, iuuenem in pristinum statum restituit: qui confestim ad patriam redijt, ipsa autem condemnata, pœnas luit. Ex quibus patet non omninò fabulosum esse, ut nonnulli arbitrantur, quod de Circe, magica arte socios Vlyssis in bestias conuertente, à Virgilio, videlicet in Pharmaceutria, & ab Homero scribitur: cùm hæc historia & à Plutarcho in Gryllo, & coniugalibus præceptis, necnon à S. Augustino in lib. 18 de Ciuit. Dei referatur: addente, quasdam stabularias mulieres conuertisse hospites suos in iumenta, necnon Diomedis socios in aues conuersos: & quod posteà longo tempore circà templum Diomedis volarunt, quæ tamen secundum imaginariam apparentiam, & non reipsa contingerunt. Quibus verò superstitionibus malefici ad hæc efficienda vterentur, siue vnguentorum vi, siue verborũ prolatione, non habetur clare. Ouidius tamen de Circe, quæ Picum regem in auem sui nominis mutauit, hęc affert.

Cap. 6. & 16. & 18.

Lib. 14 Metam.

Tum bis ad Oceanum, bis se conuertit ad ortũ,
Ter iuuenẽ baculo tetigit, tria carmina dixit.

Qui hominum artem, & agilitatem obseruant, quos sciunt dæmonibus inferiores natura longè esse, non mirantur prænarrata ab impuris illis spiritibus fieri. Sunt enim quidam præstigiatores, qui mira manuum celeritate nõnulla faciunt, quibus mortales in non mediocrem admirationem inducunt. Et inter alia vini cyathum seruo bibẽdum præbent; deinde terebella serui frontem se perforare simulant; & tota, quanta est terebella, in serui caput ingredi videtur: posteà illa, se extrahere simulant, ac tantum vini ex illius serui frõte in cyathũ profluere conspicitur, quantũ seruus biberat. Qua præstigiosa arte nunc excellere hybernos, nouiq; orbis incolas tradunt scriptores. Quod si manuum, & aliorum membrorum dexteritate, celerique actione rem vnam pro alia nobis homines demonstrant, quid de dæmonibus censendum est? quibus ad nutum corporea materia omnis subijcitur. Nec solum dæmones sensus nostros præstigiando homines in bestias conuersos esse nobis indicare; uerum & ipsi verè corpora assumere possunt, humanam, vel brutorum figurã præseferentia; quod hinc facile scire possumus. Quicquid enim Angeli sua naturali uirtute efficere, eadem & dæmones agere possunt; cùm eorũ vis naturalis, ex lapsu peccati, nõ sit illis imminuta. Ex sacris autem litteris patet, angelos assumere corpora: quare, & dæmones ad libitum varia effingere poterant; libro enim Iudicum habetur, An-
Cap. 13. gelum Domini vxori Manuæ apparuisse, cui ortũ
Cap. 5. Sampsonis prædixit, & lib. Tobiæ eidem Tobiæ sub forma iuuenis splendidi stantis, præcincti, &

quasi

quasi parati ad ambulandum, quem ignorans Angelum Domini esse, salutauit. & interrogauit. Hoc idem manifestum est per apparitionem duorum Angelorum Lot sedenti in foribus Ciuitatis, quos hospitio suscepit. Sed, & ex eisdem Sacris literis, ac historijs manifestum est, dæmones varia assumere corpora posse: sicut Satan fecit, quando ausus est Christum Dominum nostrum illis tribus ualidissimis tentationibus aggredi: id enim fecisse specie alicuius venerabilis personæ nonnulli interpretes arbitrantur. Quòd si humanam speciē dæmon effingere nouit: magis ac facilius brutorū quoruncunque, aliarumq; rerum formā assumere poterit: cùm ad corpus humanum effingendum multo plura organa, pluresq; dispositiones requirantur. Et si in angelum lucis, vt D. Paulus testatur, nouit Satan se transferri; quantò magis poterit in vilissimam speciem animalium, cęterarumq; rerū se transformare? Quod satis constat perspicuè ex Athanasio Alexandrino Episcopo in vita S. Antonij; dæmones enim illi quandoq;, vt draco teterrimus, nonnunquam vt puer horridus, & niger, illi apparebant: sæpè serpentium formas induentes, omnem protinus locum repleuere formis leonū, taurorum, luporum, aspidum, serpentium, scorpionum, necnon & pardorum, atque vrsorum, eaque singula secundum suam naturam fremebant; multaq; contra D. Antonium minantes, dentibus suis frendebant, quod nullus eorum tentationes sequeretur effectus: vt interim apparitiones alijs sanctis factas, vt D. Margaritæ, Catherinę Senensi, silentio inuoluam,

Libr. genes. cap. 19.

Vene-

Veneficarum aliquas per mentis excessum cognoscere, ac scire omnia, quæ in conuentu satanico fiunt: alias verò corporaliter deferri ad eos. Cap. VIII.

QVò detestabilis veneficarum factio in multas serperet, augereturq; earum numerus, lex apud eas sancita est, vt statutis noctibus conueniant professæ in publicam concionem, aut in corpore per aerem à dæmonibus translatæ: vel, si magis placet, à sensibus semotæ, recumbentes. Ità enim sciunt, ac percipiunt ea, quæ in conuentu illo fiunt. Quod non est illusio, uel somnium; sed vera mentis à corpore abstractio. Iacent enim veneficæ vti mortuæ, præsentia corpora etiã patẽtibus oculis non uident, nec vllas voces audiunt; &, si vellicentur, vel pungantur, aut urantur minimè sentiunt. Cuius rei etiam multa extant tùm veterum, tùm recentiorum exempla. D. enim Augustinus refert, quendam Sacerdotem Calamensem, solitum se suo arbitratu à corpore auocare; iacebat, inquit, simillimus mortuo, sine halitu, & cùm vreretur, & secaretur, non sentiebat. Plinius etiam tradit, Hermotomi Claromenij animam relicto corpore, vagari solitam, & multa vera è longinquo nunciare, quæ nisi à presenti, sciri non possent &c.: quod tamen falsum, ac commẽtitium existimare debemus: cùm non sit in nostri animi potestate, deserere corpus, & iterum ad illud ipsum reuerti; solus enim id Deus infinita potestate pollens, efficere potest. Cornelium etiam Sacerdotem scribit Aulus Gellius, Patauij mente motum fuisse eo tempore, quo Cęsar, ac Pompeius in

Lib. 14. de Ciuit. Dei cap. 24.

Lib. 7. cap. 52.

in Thessalia cōfligebant; adeo, vt tempus, & ordinem, & exitum pugnæ videret. Vt interim Epimenidis Cretensis. Pythagoræ, Zoroastri, Socratis, Platonis. Xenocratis, Archimedis, Syracusani, Plotini, Porphyrij, Heracliti, Democriti, Aristęi, Proconnesij, & aliorum exempla silentio inuoluam, quæ vnusquisque apud Marsilium Ficinum legere potest, & apud Ioannem Bodinum, & Patres Inquisitores, qui vbiq; locorum ex confessionibus veneficarum accepta referunt, quàm ecstasim vulgus etiam exploratam habuit: nec Platonem latius scribentem, eum, qui ab humanis studijs segregatus diuino numini semper inhæret, vulgo credi quasi extra se positum: sed ipse Deo plenus vulgus latet. Qua verò ratione veneficæ se à corpore secernere possint, variæ sunt hominum sententiæ, aliqui asserunt id humana industria assequi, & nonnullis, ex relatis exemplis probant: alij, ex virtute quarundam plantarum, ac lapidum extra se poni: Aristot. quandam melodiam raptum facere asseuerat: nonnulli mentis motum melancholiæ, vel apoplexiæ, vel epilepsiæ, Syncopi, vterinæ suffucationi, phrenitidi, ac alijs huiusmodi morbis ascribunt, alij, ex facultate medicamenti narcotici, animi abstractionem fieri: & aliqui, in somnis ista percipere, maleficas existimant. Fracastorius lib. 2. de Intellectione causam, ecstasim ascribit fixæ imaginationi, quàm facit, vel melancholia, vel fides multa, vel sanctitas, quoniam incredibilis est, vt, ipse ait, specierum vis in mouendo animum, animæ verò in mouendo corpus per ipsas species: vt quasi audeat dicere, posse hominem super aquis incedere, si ingenti quadā phantasia, & spetie agitaretur: cuius rei subdit tenue quoddam signum præbere voluntatē, quę hominem

Lib. 13. Theol. Pla. ca. 2. li. 2. Dæmon. c. 5. in Phed.

Car. 199.

nem

nem à terra tollit saltu, & librat per certum temp', nullo alio tantum pondus ferente, quàm specie: longè tamen maiorem esse vim earum speciẽ, quæ à natura fiunt, quàm quæ à voluntate: quorũ omnium sententias minimè probare possum in ecstasi veneficarum; & quamuis nõ inficias eã, nonnullos ex lunga industria, ac diuturna meditatione animis abstrahi; id tamen facere posse statim, & quãdocunq; voluerint, & quæ magis optant in mentis excessu cognoscere posse, vt malefici assequuntur, à veritate alienum esse duco. Et allata exempla effectũ dumtaxat, & nõ causam probant. Quòd autem nonnulla sint, (quod tamen fabulosum esse suspicor,) quæ quidem admiranda quædam videatur facere, & à sensibus auocent; dicendum, illã nõ esse veram abstractionem; sed sensuum obstupe-factionem, vt dicit S. Thomas: fit enim abstractio ex defectu propriæ virtutis: deò ea, quæ in conuẽtibus geruntur, cognoscere nõ possunt. Quòd autẽ aliqui, ex ingenti timore, mente percutiantur, non ob id, quæ in longinquis regionibus, & opera dæmonum fiunt, scire possunt. Nec maleficæ antequam ecstasim patiantur, aliquo timore sunt correptæ, imò hilariter expectant talia experiri: & dę mon illis omnia læta procurat. Nec succus melancholicus, mentis raptum in veneficis aptus est facere: quoniam ad motum tantum humoris à corpore euocarentur veneficæ, & non ad earum voluntatem, statutumq; conuentibus tempus, & omnes malefici essent, vel ex natura, vel ex accidenti melancholici; quod à veritate alienum esse in alio capite est demõstratum. Et quamuis phrenetici, ac alij delirantes, mente moti sint; id eis non accidit ex sensuũ abstractione, sed ex defectu virtutis: vt sẽsuũ potiùs fit depressio, quã eleuatio: prӕterquã

1a q. disp. q. 13. de rapt.

quòd

quod phrenetici perpetuò febriunt, absurda, & inania loquuntur: nec quæ in ludis nocturnis peraguntur, nequaquã scire, ac dicere possunt. Apoplectici motu quidẽ, ac sensu destituuntur; sed vt plurimũ vitã cũ morte commutare solent: vel paralytici fieri: necquicquã sciunt referre, vt etiã de accessione nõ recordentur, nec cognoscant. Veneficæ verò ad libitũ se abstrahunt: & post abstractionẽ, nullo morbo sunt correptę & viribus sunt valẽtibus. Idẽ dicendum est de alijs affectionibus. Nec à narcoticis medicamentis à sensibus se moueri est dicendũ: cũ soporifera remedia sensus hebetent, stupefaciant, & quandoq; auferant; tantũ abest, vt abstrahant; imò anima ità consopita est, & somno profundo obruta, vt nihil percipere possit; & excitati nihil referre sciant; si quid enim est, quod obliuionẽ parere possit, sunt narcotica ipsa medicamẽta; quæ & mentis stupiditatem quandã faciunt, & homines pallido, ac cineritio colore infectos: necnõ ex frequenti vsu ad lethales cerebri affectiones deducunt. Cũ autẽ malefici à corpore abstrahantur frequenter: si ex soporiferis fieret mentis eleuatio, morbosi fierent, & ex caloris extinctione citissimè interirent: cùm tamen ex historijs compertũ sit, hos spatio multorũ annorũ, & complures vsq; ad vltimũ seniũ ad cõuentus illos sathanicos spiritu esse delatos. In somno quidem phantasmata, ac simulacra illarũ rerũ, quę in conuentibus gerũtur, à dęmonibus immitti posse veneficis, & voluptuosos affectus excitari, nõ est negandũ. Sed, si is somnus esset, alti⁹ vocati, vellicati, uel pũcti, à somno illo excitarentur facillimè, nec respiratione sensibili, noctuq; omni destituerẽtur, nec vt mortuę iacerẽt. Quare necesse est fateri, veneficos extrà se positos esse a causa nõ physica; ecstasis .n. ex D. Thoma

alijsque

In q. disp. de rap. q. 12. & in 2. cor. ca. 12.

alijsq; Theologis, est auocatio ab eo, quod est secundum naturam, in id, quod est supra naturam, vi superioris naturæ: quæ superior natura, vel est Deus, vel angelus, aut dæmon. Deus consueuit electos, & charos suos à sensibus abstrahere ad aliqua supernaturaliter videnda, siue imaginaria visione, vt accidit Danieli, Petro, & Ioanni Euangelistæ: siue intellectuali, ad videndum Deum ipsum per essentiam, vt D. Paulo concessit: siue ad videndum Deũ per aliquas intelligibiles immissiones: qualis fuit ecstasis Adæ, vt placet D. Augustino. Dæmon etiam, qui semper Dei opera est æmulat', adnititur & ipse sua mancipia à corpore seducere, non ad supranaturaliter videnda, sed ad ea intelligenda, & percipienda, quæ sine abstractione percipere cum voluptate, ac rectè, haud possent. In tali verò mentis excessu, animas maleficarũ à corporibus separari, & in assumptis felium formis ad conuentus illos accedere, vt rude vulgus existimat, est merum figmentum, & à veritate fidei nostræ alienum: anima enim, quæ semel è corpore migrauerit, nisi virtute diuina, corpori restitui non potest: Catti verò, qui videntur circa eorum corpora, sunt dæmones, qui huiusmodi brutorum formas simulant: vel astantium corruptæ imaginationi talem figuram imprimunt, vt homines deludant, & in hanc hæresim inuoluant, posse veneficas ad libitum vi quorundam vnguentorum, vel ipsius dæmonis, animam suam ponere, & sumere. Quòd si corpore transferri, ex inito fœdere, istæ miseræ mulieres ad conuentus illos velint, priùs per biduum à magisterulo admonitæ, & hora statuta, voce humana vocatæ, abijcientes statim vestimẽta omnia, illiniunt totum corpus ex pinguedine infantium, quos ob eam causam atrociter iugulant,

Lib. 5. quæst. sup. Gen. 27.

gulant, & dæmonem in forma hirci inequitantes non secus ac paleæ turbine quodã per diuersa locorum interualla deferuntur: donec tandem perductæ ad satanam, quem summam maestatẽ alto insidentem solio, præseferentem, miserrimæ certinuæ, flexis poplitibus adorare non verentur; diuerso tamen, quàm nobis consuetum est, ritu: non faciem, sed terga illi obuertentes, caputq; non in pectus, sed in scapulas inclinantes. Quod, vel ex is præscripta lege, aliter non permittente, vel etiã ex hoc, eorum nobis contraria natura innotescat, faciunt: quo ab alijs, distincti domini videantur. Hinc plures varijs rhythmis, cantilenas, altius tũ instructæ canunt, diuersorumq; generum pro libitu choreas à nostris penitus absimiles ducunt: fęminæ nanque post dorsum masculis inhærentes, retrocedendo saliunt, terga dando inclinant, caputq; non ante, sed retro: sic pedem tanta cum agilitate eleuant; vt altiore arte, quæ humanã transcendat, doctæ facilè videantur. Atq; sic saltantes, genioq; indulgentes, multis lautis, opiparis, & quibuscunq; optatis epulis, edulijsque expletæ, fœminæ tum dæmone in forma viri; vel mares, si adsint, cùm eodem in simulata mulieris forma scelestas libidines explent. Post hæc de male gestis vnusquisq; reddit rationem: officia singulis distribuuntur; obstetricibus præcipuè, vt infantes statim natos, antequàm sacro baptismate renascãtur, dæmoni, quibusdam cęremonijs adhibitis, deuoueant; vt ad opera satanica propensiores fiant, & numerus maleficarum augeatur: cuius rei extat exemplum. Quidam, cùm vxori instaret tempus pariendi, nulla autem mulier, præter filiam, ad excipiendum fœtum, in condaue intromissa esset: clam quid intus fieret, rimari cœpit. Cum igitur

infans

infans in lucem uenisset, vidit filiam obstetricum puerulum, ex acrationibus quibusdam adhibitis, in oblationem principi dæmonum ad focum tulisse, & adfoci catenam ferream applicasse. Tunc rem inauditam uidit: nam puerulus, nemine sustentãte, ascendebat super catenę anulos, quo perspecto, tacitus quamprimum curauit, vt ab eadem filia ad templũ infans ferretur, quò ex baptismate renasceretur. Cùm autem in via pons quidam pertranseundus esset, adductis testibus, experiri voluit filiæ professionem: quare euaginato gladio in filiam irruens, præcepit, vt filium deponeret, faceretq; sua arte, vt per seipsum pontem pertrãsiret, aut à dæmone deportaretur in alteram fluminis ripam, quomodo effecerat, vt super foci catenum ascenderet; alioqui submersurum se tunc illam in flumen proiectam. Filia, quanquam resisteret, patrem redarguens amentiæ, his tamen perterrita inuocato dæmone effecit, vt puer quàmprimũ in alteram ripam sit translatus. Puero igitur baptizato, & matre à partu repurgata, pater, coniuratis testibus, rem iudici aperuit, qui confestim matrem cum filia apprehendi iussit, & ueritate inuenta vtranque igni adiudicauit. Maxima est inter doctores controuersia de translatione ueneficarũ per aerem ad huiusmodi conuentus, quos ludos Dianæ appellare iamdudum consueuerant. Nonnulli enim ex Cęsarei iuris peritis id à dæmonibus præstari posse negant, & maleficarum imaginationem à dæmonibus moueri, & agitari putant, nõ quidem nouam formam in organis imprimendo; sed formas in sensuum instrumentis receptas, localiter ad uim apprehensiuam transmittendo; ut inde tales apparitiones, ac uisa in somnis fiant, quales ab illis desiderantur, & à dæmonibus inferuntur.

runtur.

ſuntur. Sacri verò Theologi in diuerſam, ac magis veritati conſonam ſententiam abierunt, nõ modo hominum, ſed quarumlibet rerum corpora ad quàm remotiſſima loca breui temporis ſpatio à dæmonibus deferri poſſe. Vt S. Auguſt. D. Thomas, Ioannes de Turrecremata, S. Bonauentura, Syluester Prier. in tractatu de ſtrigib., Iacobus Sprenger in Malleo maleficarũ, Thomas Barbantinus in lib. de Apibus, Alphonſus de Caſtro lib. de iuſta hęreticorũ punitione; vt ſexcentos alios omittam, quibus, & celebres quidã iuris periti adhæſerunt, & Paul⁹ Ghirlãd⁹ in tract. de ſortilegijs. Ad quod probãdũ, ſcire expedit, cũ ſubſtãtiæ ſimplices, quæ corpora cęleſtia mouent, ſua natura ipſis cęleſtib⁹ corporibus præſtantiores: ac digniores ſint: necnõ dæmones communẽ, & eandẽ naturã cũ illis cęleſtibus mẽtibus habeant, apertũ relinqui, dæmonibus, quò ad motũ localẽ, vniuerſa corpora obedire quod etiã Theologi Sacri, S. Auguſt. S. Thomas & alij affirmant: quoniã dæmones naturalia poſt peccatũ nõ amiſerunt, vt aſſerũt D. Dionyſ. & D. Thomas: & ideò tã Angeli, quã dæmones, abſq; vlla difficultate, homines deferre in diuerſa loca corporaliter poſſunt: idq; ea ratione fieri cenſere debemus. Nã dæmonũ actio per virtutẽ contactus fit: qui cõtactus per applicationẽ cognitionis rei agẽdæ, & ipſius actionis, atq; efficacẽ agendi voluntatẽ perficitur: vt quãdo dęmon de loco ad locũ corp⁹ aliquod trãsferre vult, vehemẽti deſiderio cõſiderat locũ a quo, & ad quẽ, & ẽt corp⁹ trãsferẽdũ, & actionẽ, quã efficaci volũtate cõprehẽdens pficere cupit: & illico actio abſoluitur: corpuſq; dæmoni volũtati, niſi ſec⁹ De⁹ iubeat, obtẽperat: quã ſententiã p rationẽ à S. Auguſtino ſumptã corroborare poſſumus; quia idẽ eſt motus toti⁹, & partis

Lib. 1. c. pe., & li. 2. c. 1. p. 2. q. 1. c. 3.

Lib. 3. de trin. 1. q. 110. art. 2. & 7.

Libr. de diu. nom. c. 4. 1. q. 64. art. 1. & 2. d. 7. q. 2. art. 1. & in qu. de dæm.

Lib. 3. de trin.

Li. 3. phy.

vt Aristot. fatetur: sed dæmones ex diuersis mũdi partibus quædam semina colligunt, & transferunt, quæ ad certos, ac determinatos effectus perficiendos adhibent: igitur huiuscemodi effectus, qui vel corpora, vel corporis partes sunt, ab vno ad alium locum portare possunt. Vt autem huius perplexę dubitationis veritas habeatur, cũ duorum temporum discrimine dæmones cum maleficis considerandi sunt. Primò, respectu potestatis, qua antè Iesu Christi Saluatoris nostri aduentum potiebantur: tunc enim non solum corpora trãsferre, verùm multo maiora, & peiora efficere poterant. Et, quò diuinum honorem sibi vsurparent, hominesq; sic deceptos tenerent, humanũ sanguinem sibi immolari faciebant, quos quidem dæmones, lemures, lares, faunos, Satyros, laruas, manes, penates, Lymphas, Dryades, panes, Syluanos, faunos, incubos, succubos, pygmeos, semideos, & multis alijs nominibus antiquitas appellabat: tantaq; dæmonum cum hominibus erat familiaritas; vt binos vnicuiq; deputatos arbitrarentur, quos genios appellabant. A quibus bona, & mala sibi cõtingere putabant, laxasque adeò eis potestatis habenas Deus reliquerat; vt, non secus, ac equi alati, homines ad longissima loca per aerẽ portarent: vt de Pasete, Exogono, Circe, Medea, Canidia, Tynadate, Apuscoro, Tarato, & innumeris alijs scriptũ inuenimus; qui veluti volucres, dæmonum ope, aduolasse perhibentur. Secundò, post Saluatoris nostri aduentum, dæmonum potestas est consideranda, quæ hoc tempore multo minor fuit, quia post eius aduentum, vetustatis tenebræ ceciderũt. Dum enim in Aegypto cũ Ioseph, & matre fuit, eo tempŏris spatio simulacra Deorum, quos gens stulta, & errorum plena coluit, sua spontè concidisse.

diſſe, dicuntur. Dæmones enim, vt dicunt Doctores, ante Christi aduentum, duplicem manũ habe-te dicebantur; attrahentem vnam, impellentem alteram: manus attrahens viros Deo charos ad limbum trahendi poteſtas erat: impellens autem erat facultas, quæ homines per innumeros fallendi modos præcipites dabat. Primæ manui, ob fortitudinem, qua pręditâ erat, nemo reſiſtere poterat: & hæc à Domino noſtro penitus amputata fuit: quia per eius cruciatum, ac mortem Adæ peccatũ deletum eſt, cęlorumq; portæ patefactæ: & ille locus, qui limbus Patrum dicebatur, deſtructus eſt. Manum verò impellentem ità ſtrenuã habebat: vt ei quiſpiam vix reſiſtere poſſet: & hæc à Domino noſtro non penitus ſublata eſt, cùm ſic expedierit: verùm eneruata, ac debilitata fuit ità, vt palam ſacrificia, & oblationes toto orbe terrarum, vt olim, non habeant; hominum immolationes non fiant; & Idolorum cultus in noſtris regionibus, in quibus Chriſtus innotuit, omnino deſierit: fieri tamen huiuſmodi aſportationes reuera crediderim; cùm maiora mala Deus, quæ ſuperius recenſuimus, iuſtiſſimo quidem, nobis verò occulto iudicio, fieri permittat. Quinimmo innocentes, etiã inuitos, ad varia loca transferri ſinit Deus: vt de puerulis, Guglielmus Pariſienſis teſtatur: quãto magis ſceleſtos homines, qui ſpõte principi tenebrarum deuouerunt ſe, transferri permittet? Olonus magnus teſtatur, apud populos ſeptẽtrionales multis locis huiuſcemodi ludos, ac conuentus frequentes eſſe; & Pomponius Mela in monte Atlantico vſitatiſſimos eſſe affirmat. Sed quid amplius moror? nonne de hac re habemus plurima exempla clariſſima, eorum videlicet; qui tàm bonis, quàm à malis Angelis per aera fuerunt delati?

Libr. de vniuerſo p. vit.

Libr. 3. cap. 11.

Lib. 3.

delati? Et verà Christo salutis nostræ auctore initium sumam, nonne ipse à tentatore dæmone, suprà templi fastigium, ac sublimem montem portandũ se permisit? vt D. Gregorius scribit. Quid? nonne Angelus Domini rapuit Philippum, atq; in Azotum transtulit? idem de Abacuc Sacra testatur historia, quẽ angelus sui spiritus impetu à Iudæa in Babilonem cum alimento portauit ad Danielẽ: nullaq; interposita mora, in locum suum restituit. Simonem magum etiam per aerem sublatũ esse artibus magicis, & Petri precatione præcipitem actum esse, D. Maximus Episc., D. Hieron., S. Linus, & S. Clemens cum alijs scribunt. Huic exẽplo, non admodum dissimile est illud, quod Vincentius in speculo historiæ scribit, Anglicanam fæminam arte magica illusam à dæmonibus, post dira tormenta, ad aera cum clamoribus horrendis fuisse raptam. Idem de Hermogene, & Phileto in historia S. Iacobi legitur, qui Hermogenes iussu Apostoli, manibus post terga reuinctis, à dæmone p aerẽ adductũ. Philostratus de Apolonio Thyaneo scribit, ipsum paucissimis horis, ex Aethiopia Romam translatũ esse, & aliàs Roma Corinthũ: & ex Smitna Ephesum. Idem etiã legimus de Pythagora, qui ex Thuna in Metapontũ translatus est: & de Empedocle, Agrigento, Cratonem ad ipsum Pythagoram translato. Abarim quoque Hyperboreum, ex Taurica Chersoneso, & Cęnobitam quendam Nouergium rectà sub polũ arcticum à dæmone traductum, asseuerant nonnullæ historiæ boreales. In historijs etiã gentiliũ proditũ est, nõnunquã visos esse serpentes, dracones, & homines per aera volantes. Quod etiã verum esse, per eotũ probatur conuiuia: ad quæ annis superioribus quidam in agro Sabino, sicut refert Paulus

in Matth. cap. 5.

Lib. 25. cap. 26.

lus Ghirlanda tract. de sortil. curiositate magis, q. 7. n. 25.
quàm superstitione adductus, accessit, vt nùm ne
vera essent, quæ vxor eius in eodem crimine
depræhensa, affirmarat, suis ipsius inspiceret ocu-
lis. Hic dæmonum ministerio sub hirci forma
vectus, ante tamen vnctus pinguedine, vti ab
vxore sua edoctus erat, ad lo um tandem con-
suetum peruenit, ubi conuiuiorum, ferculorum-
que apparatus erat, magnoperè miratus mi-
ser, vnà cum Satanæ mancipijs, cùm assedisset
mensæ, cibosque omnis generis, at nullo sale
conditos degustasset, salem crebro efflagitat:
tandemque allatum, quasi admirans, dulce no-
men Iesu nuncupando, fuit in causa, vt cuncti
conuiuæ, cum toto eorum conuiuio, vel in mo-
mento euanescerent. Ille verò nocturno tem-
pore, in profundissimis tenebris, indumento
quodam horribili, multis milliaribus à domo
sua distans, semiuiuum relictum se tandem videt.
Diuina tamen virtute subleuatus, angelorum-
que adiutus ministerio, biduo post domum reuer-
sus est; auctorq; fuit, vt plurimi homines, plures
tamen mulieres, quasi ex sinistro latere profectę,
vt nonnulli dicunt, aut vasa fragilia magis, vt su-
perius diximus, vna cum sua coniuge, igne con-
cremarentur. Idem refert Ghirlanda de qua-
dam lamia nomine Lucretia à proprio dæmone,
ob auditum sub aurotam campanæ cuiusdam so-
num, deserta ad ripam fluminis, & à iuuene quo-
dam inuenta: qui, re cognita, & si miseræ silentiũ
pollicitus, iudici tamen rem detulit: ex quo, &
ipsa ad suppliciũ rapta est. Cęterũ cuncta ea loca,
quæ veneficæ frequẽtant, (cùm minimè in omni-
b⁹ ob benigniorem cęli influxũ, regionisq; Ange-
li custodiã, talia mala patrare possint,) vt plurimũ,

& ferè semper, aliquo insigni facinore, ac piaculo, antea nobilitata fuere, in quibus, quòd Angelorum quodamodo destituantur tutela, magis prævalent, atque bacchantur. Horum fumosa nux apud Samium, aliaq; similia loca varijs in regionibus: quò omnes strigmacas dæmonum opera transuehi vulgò, & testimonijs plurimis creditur. Proinde hæc negantes, satis errare perspicuè patet.

Ex veneficio, dæmones immitti in corpore posse. Et quibus de causis, & quomodo in ipsis inhabitent. Cap. VIIII.

A Dæmonibus multis modis homines, cęteraq; animantia lædi, ac vexari posse, compertum est. Non enim bona, resq; omnes externas tantummodo pessundant, ac euertunt; sed & varijs grauissimisq; malis eorum corpora afficiunt, ac miserrimè torquent, varijsque deliramentis, desipiẽtijsque animos implicant, ac infatuant. Per breuissimum etiam temporis spatiũ diuersa tentamẽta tùm exterius, tùm interius inferre conantur: semperque deceptionum suarum laqueis irretire, satagunt. Inter alia mala, quæ infligere possunt, illud videtur potissimum, cùm in corpora humana illabantur: eo enim pacto miserando in modum carnem contaminant, Dominum aspernantur, diuinamque execrantur maestatem: spiritus cerebri uitiant, corporis actiones vel impediunt, vel lædunt: vt his obnoxia corpora, facilè ex oculorũ, cæterarumque partium distorsionibus, rigoribusque ab alijs discernantur. Cùm itaque dæmones nullo interpellante, per se multa inferre mala, & sciant,

sciant, & possint. quanto ea, efflagitantibus maleficis, libentius præstabunt? cùm cooperantibus ueneficis, magis Maestas diuina offendatur, ac maior facultas in homines sęuiendi ipsis concedatur: non enim amittunt vim vocati, sed magis excitantur. Hinc est, quod impij hi malefici, Deo permittente, nonnunquam dæmones in corpora immittere possint, ex pactis initis inter ipsos, & satanam, sicut doctores quidam, ac Sacræ Theologię professores testantur, nonnullis exemplis eam rem probantes. Cùm dæmones intrà corpora illabuntur, spiritus aliquis externus cum ipsis intromittitur, ex cuiusdam docti viri sententia, cuius motu, organa quædam moventur corporis, prçter obsessi voluntatem: ità enim dæmoniaci nonnunquam loquuntur non proprios conceptus, sed dæmonis; quod etiam percipiunt, & referre sciunt: & motus alius præstant, vt in conuulsionibus, palpitationibus ceterisq; huiuscemodi motibus contingit, ob causam inuolontariè mouentem. Qua verò ratione plures spiritus in eodem esse possint, immò innumerabiles, vt dæmonum legio inhabitare aliquando dicatur; non leuis est dubitatio: nam in animæ sede minimè esse possunt: quia neq; in spiritu animato plures animæ inesse possunt, quamuis plures sint vnius animæ potentiæ, neq; vt dicunt Sacri Theologi, dæmon substantialiter animam potest inhabitare; sed solus Deus illabitur menti: inhabitat verò in corpore. non tamen secundum eius essentiam, sed secundum quantitatem, quia si in corporis essentia illaberetur; esset, vel illius pars, vel virtus: pars esse non potest: quia corporis, & dæmonis varia est essentia: neq; virtus, quasi dans esse, quia suũ esse habet corpus ab anima, ab eaque habet in-

trinsecam essentiæ rationem, & conseruationem, quandiu placuerit diuinæ pietati vitam conseruare: quando itaque dæmones operantur circà corpus, & partes eius; super terminos videlicet quãtitatis, & quantitatiuas potentias exercent suam vim: latitant verò plerunque circà articulos, aut in spatijs inanibus, quæ intrà cutem sunt, & vexant, aut neruos petendo, vel cerebrum, vel partes sentientes, vt ventriculum, & cętera huiusmodi: nonnunquàm verò inhabitant corpora, & diù etiam, sine vlla corporis obsessi læsione, & hoc pluribus de causis. Plures igitur, ac innumeros spiritus malos in animalis corpore inhabitare ratione dicta non est absurdum: & quàmuis plures sint causæ, ob quas Deus permittit dæmones corpora hominum obsidere; duę tamen, vel tres sunt potissimæ: quarum prima est, vt in iustis, ac sanctis hominibus, ex tali vexatione, meritorum cumulus augeatur: altera est, vt vlciscatur Deus peccati modo capitalis, modo venialis ab energumeno, vel ab alijs patrati; vel etiam, vt sic Dei gloria, & immensa eius bonitas magis innotescat; vt de cæco nato Christus dixit: quarum causarum varia exempla Prierius, & Sprenger referunt, quæ, breuitati consulens, omitto.

✠

Dæmo-

Dæmones per incubum, & Succubum venerea cum hominibus tractare, & qua ratione. Item quid diferat morbus incubus ab incubo dæmonio. Cap. X.

CVM dæmones sint substantiæ spirituales, ideoq; carnibus, sanguine, membrisq; corporeis careant; voluptatibus venereis propriè potiri non possunt: nihilominus, vt homines ad libidinem, carnisq: illecebras satis pronos, ad interitũ æternum ducant: eos tetris, ac fędis congressibus polluere nituntur: corpora enim quædam ficta, ex aeris substantia, terreisq;, ac crassis vaporibus compacta, assumentes, nunc specie masculi incumbunt mulieribus; modo specie fęminæ succumbunt masculis pro agenda re venerea. Eapropter incubi, & succubi appellantur; quales apud Poetas fauni, syluani, satyri, ac nymphæ traduntur: ex quorum nefandis congressibus, proles etiam nonnunquam dæmoniaca progignitur. Qui incubi, & Succubi venerea tractantes, quamuis visibili, ac tangibili corpore constent; per se quidem prolem gignere non possunt, cùm anima careant vegetatiua, ac naturali corpore; sed semen iaculantur aliunde collectum; vt ex hominibus, qui in somnis polluuntur, vel impia quadam libidine manibus ipsum, aut alia ratione, excernunt: & hoc, cùm, vt plurimum, maiori cum oblectamento, quàm in somnis defluat; magis prolificum esse potest, aut dæmones, sub specie mulierum hominibus succumbentes, eorum semen recipiunt, & fouent: quod posteà in vterũ mulierum imit-

imittunt, quibus in forma virorum incumbunt. quòd si semen sit prolificum, suamq; innatam calliditatem, ac qualitatem retineat: quod dæmon potest facere, tùm velocitate motus, tùm adhibitis aliquibus fomẽtis, vt scribit S. Doctor, vterusq; mulieris sit benè dispositus, necnõ mulier annuat dæmoni ad concipiendum; aliquando grauida efficitur: & hac ratione Gigantes natos esse multi arbitrantur: sic Heroes, ex Iouis: ac reliquorum Deorum concubitu cum mulieribus natos perhibent, Aeneam ex Venere, & Anchise; Bacchum ex Ioue, & Semele: ex Marte Romulum: totque alios antiquorum Heroes sexcentos: retinent .n. hi vim dæmoniacam magis, quam cęteri. Huius rei gratia mulieres maximè stimulantur à dæmone, vt incubo vtantur: & commercia cum eo magna ex parte ex amore duxerunt. Hinc nomen Heroum ab amore dictum, qui Heros græcè dicitur: hunc etiam in modum ortum esse Alexandrũ Magnum tradunt. Iapponij suum Sacam: plures q; prætereà, qui Idolatriæ, ac hæresum auctores fuere: vt & Iutherum Heresiarcham, ac Mahumethum: sic etiam Merlinum Britannicum Necromantiæ maximum professorem, fuisse genitos, nonnulli testantur: qui tamen falsò filij dæmonũ dicebantur; cùm ex semine alicuius hominis, dæmonum opera, fuerint procreati. Si verũ est quod Auerroes scriptum reliquit, mulierem sine viro cõcipere posse, dummodo illius vterus semen aliqua ratione attrahere possit; vt probare nititur exemplo cuiusdam mulieris, quæ in balneo conceperat sine viri concubitu, in quod balneum sperma viri proiectum erat: & hoc ratione attractricis facultatis vteri: in quam sententiam videtur & Plinius ire, qui non absimilem narrat historiam

Lib. 2. collec. c. 10.

Lib. 30. cap. 27.

hisce

hisce verbis. Tarquinio prisco regnante, tradunt, repente in eius foro apparuisse genitale è cinere masculini sexus, eamque, quæ insederat ibi Tanaquillis reginæ ancillam Ocrisiam; captiuã consurrexisse grauidam: si itaque mulier sine viro cõcipere potest; quantò magis dæmonis ope, & arte: qui sua sagacitate, & vi, nouit semen receptum in sua naturali dispositione conseruare, ne ab aere extrinseco quidquam alteretur; aggrediens mulierem sub specie viri, ac pertractando sensibiliter, & etiam cum maiori oblectamẽto pudendũ illius, quàm homines cõsueuerint; ac in illud semen immittendo, prolem illa suscipere potuerit: & quamuis nonnulli philosophi existiment incubos, & succubos esse falsas imaginationes, & somnia dormientium hominum, qui admodum ad libidinem sunt proni: decipiuntur tamen, & contradicunt auctoritati Theologorum, necnon experimento ipsi: cui innixi multi doctissimi viri id fassi sunt: sexto enim Geneseos legitur: videntes filij Dei filias hominum: vbi interpres linguæ secretioris ait, non est incredibile, non ab hominibus, sed à quibusdã dæmonibus, qui mulieribus sunt incubi, eiusmodi homines, idest, Gigantes esse procreatos; de quibus eodem in loco legitur. Gigantes autem erant super terram, qui cùm essent fortiores, & maiores cęteris, ex tali dæmoniaco congressu genitos esse credendum est: nam, vt scribit D. Thomas ex hac via homines fortiores generari, & maiores: quia dæmones volentes in suis effectibus mirabiles videri, obseruando determinatum situm stellarum, & viri, ac mulieris dispositionem: possunt ad hoc cooperari: & præcipuè si semina, quibus vtuntur sicut instrumentis, per talem vsum aliquod augumentum virtutis consequantur. Isaias etiam Pro-

In q. disp. q. 6. de miracul. ar. 9.

pheta

pheta desertionem Babylonis prædicens, & monstra in ea habitanda; habitabunt, inquit, strutiones, & pilosi ibi saltabunt, glosa interpretatur verbum, pilosos, syluestres homines hispidos: qui incubi, vel satyri, certa genera dæmonum sunt. Idem Propheta desolationem terræ Idumorum, qui persequebantur Iudæos, prædicens, ait; erit cubile draconum, & pascua struthionum, & occurrent dæmonia, glossa interlinearis interpretatur, monstra dæmonum ad inuicem. Et S. Isidorus, Pilosi græcè, Panes latine sucubi appellantur: vnde & incubi dicuntur ab incubando, hoc est, stuprando, sæpè enim incubi existunt mulieribus, & earũ peragunt concubitũ; quos dæmones Galli dusios nuncupant, quia assiduè hanc peragunt immunditiam; quẽ autem vulgò Incubonem vocant, hunc Romani faunum ficarium dicunt, ad quem Horatius dixit.

Lib. 8. & hi. cap. vlt.

Faune Nympharum fugientium amator
Per meos fines, & aprica rura
Lenis incedas.

Lib. 15. de Ciui. Dei cap. 23.

S. Augustinus, impudentiæ vitio eos arguit, qui concubitus hos dæmoniacos refellunt: scribit. n.: Et quoniam creberrima fama est, multiq; se esse expertos, vel ab eis, qui experti essent, de quorum fide dubitandum non est, audisse confirmant, Syluanos, & faunos, quos vulgò Incubos vocant, improbos sæpè extitisse mulieribus, & earum appetisse, & peregisse concubitum: & quosdam dæmones, quos Galli dusios nuncupant, hanc assiduè immunditiã & tentare, & efficere; vt hoc negare impudentiæ esse videatur. Huius Sanctissimi, ac doctissimi viri sententiæ omnes Theologi, ac iuris Pontificij periti subscripserunt. S. Thomas 1. parte

q 25.

q. 25. & in secundo distin.8. & quolibet. 6. q.10. alijsq; in locis S. Bonauẽtura in 2.sent.dist.8.q.11. art.2. Scotus eodẽ lib.dist.7.qu.vnica. Richardus dist.8.q.6.Henricus Institor, *Syluester* Prierates,& Iacobus Sprenger,in suis tractatibus, in quibus rẽ hanc multis exemplis illustrarunt: quibus omissis admirabilem tantũ historiã ab Hectore Boethio in historia Scotica lib. 8. relatam hic affere volum⁹. Accidit,inquit ille,in Marrea regione,vt puella natalibus altis,forma conspicua, cùm pluriũ nobilium auersata conubiũ in infandam cũ cacodæmone consuetudinẽ inciderit,quæ cũ vterũ ferret parentũ rigore coacta edere stupratorẽ, adolescentẽ mira pulchritudine frequentius secũ nocte, interdiù nonnunquã cõuenisse,vnde venisset,quoue abijsset inde,nescire se respondit:parentes rẽ accuratius aduertentes, consilio quis esset, qui gnatæ expugnasset pudicitiã,explorãdi,cognito; post tertio die,indice ancilla, stupratorẽ adesse;reclusis foribus accenso ingẽti tędarũ numero,ingressi cubiculũ hortendũ monstrũ figura supra humanã existimationẽ terribile in filiæ amplexus conspicati sunt: currere ocyus cõplures ad fœdũ acciti spetaculũ,& inter eos sacerdos probatę vitę, sacræ disciplinæ haud ignarus, qui cęteris timore perterritis abeuntib⁹,vel terræ illisis,cũ initiũ Euãgelij S.Ioãnis recitare orsus ad eũ locũ, verbũ caro factũ est, peruenisset,malus dæmon, horrẽdo sublato clamore,cubiculi tectũ secũ asportans omni suppellectili incẽsa, abijt; fęmina periculo seruata post triduũ enixa est monstrũ vndequaq; fędũ aspectu quale nnsquã anteà inter nostrates visũ:id obstetrices,ne seruatũ in cõtumeliã esset familię,accensa ingenti pyra citissimè cõcremarũt. Eapropter incub⁹ Theologorũ, valdè differt ab incubo Medicorũ: vnus

enim

enim est effectus dæmonum, qui ex minimis, infimæque sortis angelis malis, sunt; alter verò, crapulæ, & cruditatum soboles: sed propter similitudinem, quàm sortiti sunt, eodem etiam nomine sunt insigniti: Incubus medicorum, & incubo à latinis, à Græcis verò Ephialtes dictus, & quẽ Plinius nocturna ludibria, seu nocturnas suppressiones appellat; nil aliud est, quàm grauis corporis oppressio, & suffucatio quædam, respirationem, motumque offendens, necnon vocem intercipiens, & somni initio, ex vaporibus crassis, ac frigidis sursum elatis inuadens, quem morbum Virgilius perbellè descripsit his carminibus.

Lib. 12. Aenei.

Ac veluti in somnis oculos, vbi languida pressit
Nocte quies: ne quicquã auidos extẽdere curs
Velle videmur, & in medijs conatibus ægri,
Succidimus: non lingua valet, nõ corpore notæ
Sufficiunt vires, nec vox, aut verba sequuntur.

Incubus verò Theologorum, est Dæmon concumbens in specie humana cum aliqua fœmina: dicitur incubus à medicis, quod hi, qui in hac affectione constituti sunt; aliquem sibi insilire, & incumbere imaginantur; ideo Themison, Pingalionem, idest, suffucatorem appellauit: & quoniam hoc morbo detenti, imaginãtur se ab aliquo premi, & superequitari: & fœminæ prauę re uera à dæmone ineantur, iure optimo factum est, vt & affectio ista, & dæmon fuerit incubus appellatus: ille tamen insidet cum molestia, & discrimine corporis: iste verò cũ oblectatione, & manifesto animæ detrimento. Nõ defuere tamen, qui arbitrati sunt, hunc morbum nomen sumpsisse à quodam viro hunc morbum pati solito, quem Incubonem appellabant, cuius

natura

natura erat post epulas perpetuò dormire, ad accipiēda responsa, cuius etiam meminit Virgilius, dicens. Lib. 7. Aen.

Pellibus incubuit stratis, somnosq; petiuit.
Multa modis simulacra videt volitantia miris.
Et varias audit voces, fruiturq; Deorum
Colloquio, atq; imis Acheronta affatur auernis.

Vulgares homines, & pręsertim mulieres, arbitrātur incubum esse dęmonem, quem folletum nuncupant, nocte ambulantem; qui dormientes inuadat, & opprimat; ità vt moueri non possint: quod etiam verum esse quidam recentior scriptor asseris; & id in seipso, ac in alijs expertum se esse testatur: in his præcipuè locis, in quibus habitare eiusmodi dæmones creditur. Nefario etiam congressu dæmones nonnunquam inuitis quibusdam fæmellis, stuprum violentum inferre consueuerunt; vt ijs, quę impuris cogitationibus in mente locum dant, & indulgent: exterioribusque gestibus tandem produnt in comis varias in formas concinnādis omne studium ponentes, in exornando corpore facieque fucanda, & supercilia varijs modis componendo: & quantò magis hoc modo comptæ, & fucatæ in publicum prodeuntes, alios ad sui amorem allicere student: tantò potius hæc dira spectra dæmonum in pęnam sibi attrahunt. Quamuis etiā permittat Deus, aliquos sanctitate conspicuos, ab incubis, & succubis agitari: quibus ipsi strenuè renuentes, & alacriter obsistentes, suam probitatē, & morum integritatē patefaciant, vt vberius etiā præmijs afficiantur, sicut de nonnullis sanctis legimus.

Aliquos

Aliquos arte dęmonum thesauros, furta, ac amissa indicare, præterita, ac futura prædicere, & agenda, an bona, vel mala sint dicere. Cap. XI.

NOn desunt ex hac veneficorum secta, qui occultorum manifestationē pollicentur: thesauros in terra absconditos, furta, resq; amissas indicare, & quascunq; vitæ actiones cùm præteritas, tū futuras, nosse. At cùm in arte magica semper adsit aliqua dæmonis deceptio, & illusio, tùm maximè in his sese ostendit, quot enim thesauros absconditos per magicam facultatem indagare tentarunt, & multa perpessi sunt; & tandē rei difficultate victi, ab opere cessare sunt coacti, & fine exoptato frustrari? Qui autem furta, & amissa eadem arte inueniunt: vario superstitionis modo id præstant. Nam alij aqua vtuntur, alij christallo, alij vngue, & alij alijs corporibus, in quibus accersito dæmone, puerum, aut puellam impuberem aduocant, vt inspiciat: intuetur autē, veluti in speculo, omnia quæcunq; gęsta fuerint circà res, quas quærunt; sæpè & vocem audiunt loquentem, quæ reliqui astantes neq; videre, neq; audire possunt. Alij annulo inclusum vel vngue dæmonem se gerere dictitant; quamuis verè non sit inclusus ibi dæmon, simulat tamen se inclusum esse, cùm ex annulo, vel vngue vocatus, præsto sit venefico; cui res, quas cupit, manifestat. Hoc modo apud exteras nationes, statuas, ac idola responsa dedisse, & Apollenis oracula, quæ scribuntur, reddita fuisse, putandum est. Sunt qui conscriptis sine præmeditatione punctis, figuras eliciunt, ex

quibus

quibus iudicant de agendis, bona, vel mala sint. Alij conscriptos de bona, vel mala fortuna, libros, consulunt, fortuitò in libelli particulam incidentes, in qua explicatur, quod quæritur. Sed hæc, vt plurimum apud cęteros vana reperiuntur: vera autem apud eos, quibus dæmon cooperatur. Tametsi humanarum actionum, quæ suscipiendæ sint, certum iudiciũ nec dæmonibus cõcessum sit.

Pluuiam, grandinem, tonitrua, ac fulmina veneficos posse concitare, alienas fruges pessundare, vel alio transferre, sagittis quoscunq; velint interrimere, seipsos inuulnerabiles reddere, vel arma inuicta facere; sibique, & alijs carceribus inclusis taciturnitatem imperare. Cap. XII.

QVamuis hæc inferiora generabilia, ac corruptibilia, Angelis, siue bonis, siue malis, quò ad formarum substantialium susceptionem non subijciantur; sed vim Deo illarum creatori: quò tamen ad motum localem, & ad earum formarum susceptionem, quæ ex motu locali sequuntur, ipsis obtemperant: ideò quæcunque ex locali corporũ motu fieri possunt, eademmet quisque Angelus, etiam malus, sua naturali virtute efficere potest, permittente Deo; cùm autem ventus, pluuia, grãdo, fulmen, & aliæ aeris impressiones, solo vaporũ motu, qui ex aqua, & terra attrahũtur, fieri possint, sequitur ad hæc excitãda, solã dæmonũ virtutẽ esse satis: ꝙ ẽt apertis verbis. D. Thomas fatetur, dicens; dęmonẽ, aeris pturbationẽ, ventos, & ignis è cęlo casũ posse inducere: quemadmodũ .n. animus humanus se habet ad corpᵒ sibi vnitũ mouẽdũ; ità In com. Iob.

spiritus illi tanquam nobiliores, & eleuatiores, ad omnia inferiora corpora mouenda se habent, ut S. Augustinus, ac cęteri Ecclesiæ Doctores sentiunt, nisi quod, totam terram mouere, aut à suis locis elementa extrahere non possunt; cùm naturæ ordinem destruere nequeant: at domum, montem, turrim, syluam facillimè mouere possunt. Quòd si dæmones, imperante, vel permittente Deo, hæc efficere per se ipsi possunt: quanto libentius à veneficis vocati, & requisiti, ea omnia, & alia etiam in perniciem, ac ruinam hominum excitabunt? hoc enim maximopere dæmones optant; vt mediis his inuocationibus, ac malis diuina lædatur Maestas, & ad vltionem irritetur: & hinc ipsis maior facultas veneficos puniẽdi tribuatur. Manifestum autem est ex maleficorum libidine pluuias, grandines, & fulmina in hæc inferiora immitti, quæ in mortalium egestatem, atque exitium cadunt. Nam in Constantiensi Diocesi cùm grando quædam sæuissima cecidisset: quæ, & segetes, & vineas contriuerat, in multam regionis amplitudinem (quemadmodum fuit illa, quę annis superioribus demissa in potiorem Flaminiæ partem, præsertim in agrũ Imolensem, cum huius, aliarumq; Ciuitatem iactura,) suspectæ quædam maleficæ captæ sunt: quarum duæ fassæ sunt, sua opera id contigisse, sed seorsum altera alterius nequaquã conscia; nam altera earum de modo interrogata, respondit, dæmonem sibi familiarem apparuisse, & imperasse, vt aquæ parum extrà oppidum ferret, quia pluuias concitare vellet: tulisse igitur se quamprimum aquam ad locum sibi designatum, ibique reperisse dæmonem sub arbore stantem, qui præcepit effodi paruam foueam, & in eã aquã effundi, & digitum intromitti, more solito, verbis adhibitis

In lib. 3. de Trin.

adhibitis quibusdam: quo facto, confestim aquā in sublime cum dæmone elatam fuisse, & aerem turbatum: & non multo post grandinem cecidisse: interrogata autem, vtrum aliæ mulieres huic operationi interfuissent, uidisse se quidem alteram ab altera parte arboris stantem, sed, cuius rei gratia, ignorare. De ijsdem igitur altera à priori nominata, cùm interrogaretur, eadem respondit: Idcircò vtraq; non solum propter hæc, sed multa alia facinora, igni sunt adiudicatæ. Sed mirum magis est, quòd in Sueciȩ partibus contigisse pespicuum est, puellam octo annos natam, cùm à patre, qui villicus erat, ad visendos agros manu duceretur, conquestusque ille esset de nimia temporum siccitate, dixisse, se citò concitaturam pluuiam, si ea opus esset: admiratus pater interrogauit, vtrum id facere sciret: annuit ipsa, non solum pluuias, sed & grandines, cùm libuisset; iterum interrogata, vnde didicisset, respondit, à sua matre: magistros autem horum præstò esse, quandocunq; vellent. Vt igitur experimento certior fieret, an puella vera narrasset: præcepit, vt pluuiam accersiret supra agrum suũ, ad id puella ait, opus esse aquæ modico: cùm igitur ad riuulum quendam proximum eam duxisset, puella iuxtà doctrinam matris, aquam digito commouit in nomine dȩmonis: statimq; turbatus est aer, & pluuia descendit, vt prædixerat: præcepit iterum pater, vt grandinem accersiret super agrum quendam solum: quod cũ puella præstitisset; pater rem Iudici communicauit, vxorem accusans: qua capta, & igni tradita, filia vero Ecclesiæ reconciliata, Deoque dicata, ea amplius efficere non potuit. Pontanus testatur: cùm Galli in Aruuca ditionis Neapolitanæ ab Hispanis obsedione tenerentur, & ob inopiam aqua-

rum ex ingenti ſiccitate ad extremum eſſent reda-
cti, quoſdam ſceleſtos maleficos repertos eſſe, qui
ſacratiſſimam crucifixi imaginem noctu per vias
publicas trahentes, ac mille improperijs, ac male-
dictis afficientes, eam in mare proiecerunt: & poſt
nonnulla excantamina, ac deteſtabiles blaſphe-
mias, exortam eſſe pluuiam ità grandem, vt di-
luuio, ſimilis eſſet: ex quo Hiſpani coacti ſunt re-
cedere. Quòd vero poſſint venefici eſt nonnun-
quam alienos fructus, ac ſegetes diripere, & aliò
trahere, hoc non eſt nouum dictu: nam in Decem
uiralibus tabulis apud veteres, ſancitum fuit, eos
capitis reos fore, qui alienas ſegetes excantaſſent,
aut vllis veneficijs, & carminibus pellicere auſi eſ-
ſent; ità enim in his relatum eſt. Ne pelliciunto
alienas ſegetes excantando. Ne incantato, ne
agrum defraudato. Hac de cauſa Furnius in iudi-
cium vocatus à Spurio Albino, cùm non haberet,
vnde poſſet ab calumnia vindicari eo, quòd ſem-
per illius fructus erant, quàm aliorum vberiores;
boues, aratra, currus & ſeruos in frequentem ſena
tum adduci iuſſit: aſſerens ſe nulla alia excantami-
na habere, quã iſta: & abſolutus eſt, ſicut teſtatur
Liuius; quamuis Plinius hoc C. Iulio Creſino ac-
cidiſſe ſcribat; qui Plinius alibi portentum, ac
prodigium maximum ſuo tempore accidiſſe ſcri-
bit; vniuerſum ſcilicet oliuetum in agro Marruci-
no Vectij Marcelli, viam publicam tranſgreſſum:
atque ipſa prædia ex eo loco in contrarias ſedes
profecta eſſe. Reperti ſunt quidam homines, qui
non ſolũ grandines; ſed & fulmina concitabant;
quę tamen lædere nõ poſſe, fatebantur quoſcunq;
vellent; ſed ſolummodo Dei fauore deſtitutos. Mo
dus erat iſte in campis principem dęmonum inuo-
cabant, orabantque, vt aliquẽ ex ſuis mitteret, qui

deſi-

designatũ à seipsis fulmine percuteret: cui posteà in biuio pullũ nigrũ immolabãt, & in aerẽ proiicie bant: quẽ cũ dęmon assumpsisset, procellã acerrimã cõcitabat cũ fulmine: quod tamen rarò in designatum cadebat. Omniũ verò atrocissimus est modus, quo efficiunt, vt iacula à se proiecta, infigãtur quibus voluerint; ẽt si in abscondito delituerint loco: dũmodo anteà nisi fuerint: tot aũt singulis dieb⁹ hoc modo interficere se posse affirmãt, quot ict⁹ ab initio direxissent, cũ execrabile facin⁹ mollirẽtur. Iidẽ balistis, aut alijs bellicis instrumẽtis attingere possunt minimũ quodcunq; signũ, vt experimẽto cõpertũ est apud quosdã Germaniæ principes, qui ijs in bello vtebãtur: cũ .n. castrũ quoddã obsideretur, quidã ex ijs celeberrim⁹ singulis dieb⁹ ternos homines trãsfixurũ se esse ꝓmiserat suis iaculis: nã, post tres iact⁹ nõ ampli⁹ præstare se posse, quã cęteros milites: breui autẽ tẽpore effecit, vt castrũ illud desolaretur, vnde direptũ est. Idẽ iussu cuiusdã Magnatis coactus est sagittã dirigere in paruũ quoddã signũ, capiti ꝓprij filij impositũ; vt illud amoueret, intacto filio: quod & magna astãtiũ admiratione effecit: miraculo autẽ quodã repertũ est hui⁹ tãti sceleris nefandissimũ principiũ: quidã .n. ex ijs, cũ sanctissimã Saluatoris nostri imaginẽ suis sagittis transfigeret, miraculo sanguis exijt è vulnere: quo viso, immobilis redditur miser, pedẽ ex eo loco auellere nõ valens: cũq; à prætereuntib⁹ in hoc statu repertus esset, in biuio .n. erat, vbi facellũ fuerat constructũ: res prælidi denunciatur: cuius iussu in carcerẽ rapitur, & ratione patefacta, supplicio traditur. Simile flagitiũ eorũ est, qui ijsdẽ imaginibus vtuntur, vt seipsos inuulnerabiles præstent, aut armaturas impenetrabiles: quam .n. imaginis partẽ abstulerint, & cõtriuerint; similem

sui corporis partem, promittente dæmone, innulnerabilem reddunt. Sunt tamen, & alij modi, per carmina, & signa gestata. Nonnulli horum improborum hominum non verentur multa flagitia clandestinè committere: cum taciturnitate seipsos, ne tormentis expositi facinora sua detegant, munire arte satanica didicerint: imò iactent, se etiam grauissima tormẽta sibi inflicta à Iudicibus, ne sensu quidem percipere: ideò in grauibus delictis, cùm iudices suspicantur de maleficio taciturnitatis, captos nouacula abradere, capillos tondere, & omnia illorum cooperimenta auferri iubent; imò clysteres etiam acres nonnunquã inijciunt: vt, si veneficijs instrumentum in intestina esset inclusum, eximatur clystere. Domitianum Imperatorem cùm vinctum in carceribus haberet Apollonium Thianæum, illum exui, & in totum abradi iussisse tradit Philostratus: & hæc non solũ in seipsis, quando opus est, exercent; verumetiam & alijs facinorosis hominibus, pro criminibus detentis, taciturnitatem inferre sciunt; vt sua scelera videlicet detegere vi tormentorum nequaquam possint. Si quis igitur à capite definitionis veneficij cetera tradita rectè perpendat, in his singulas definitionis particulas explicatas esse, intelliget: & hactenus de re proposita dictum sit.

Quibus signis veneficio affecti, ac dæmoniaci dignoscantur. Cap. XIII.

ET si de pluribus veneficorum effectibus verba feci; cùm tamen de morbis ab ipsis illatis dæmonum ope, potissimum agere instituerim; inutilis profecto esset susceptus labor, nisi signa, quib⁹ cognoscantur hi morbi, scriptis traderem: nam profi-

profligari, ac depelli nequaquã possunt, nisi perspecti sint: quòd ego libentius præstare conabor, quòd videam tot doctissimos viros, qui de veneficijs luculenter egerunt, hanc partem intactam reliquisse: & annis elapsis mihi contigerit, multos veneficio affectos videre, & curare, & cum quodã peritissimo Exorcista sæpius verba facere. Præter notas igitur à Sacerdotali Romano traditas, & ab omnibus neotericis de verbo ad verbum receptas: multas alias, quæ egomet obseruaui, & ab exorcista illo didici, tradam; ad duo præcipuè capita illas referens: aliç enim erunt communes: & aliæ particulares; & rursus communes, aliç erunt veneficio affectorum, aliæ verò à dæmone obsessorum. Signa ergo cõmunia veneficio affectis, erunt, quòd morbi ex maleficio illati difficillimè cognoscuntur: ità vt medici hæsitent; huc, illucq; impellantur animo, nec certi quicquam de ipsis proferre audeant: & quamuis multa remedia ex arte adhibeantur; tantum abest, vt profligentur, seu imminuantur, vt potius magis exacerbentur, & in dies augeantur: præterea naturales morbi, sensim vt plurimum, vires acquirunt, donec ad statũ perueniant; adeo vt incipientis vix sensu percipiatur noxa, vel dolor aliquis: huius autem oppositũ morbis à dæmone illatis vsu venit; cùm frequenter statim ab initio, nullis peccantibus humoribus in causa existentibus, eiusmodi morbi cũ grauissimis symptomatibus, ac doloribus se prodant: quàmuis inconstantes sint, & periodicorum naturam referãt, raro tamen periodos seruant: videntur similes præternaturalibus morbis: in aliquibus tamen differunt, si rectè considerentur, multoties eiusmodi ægrotantes dolent, & in qua parte doleant, proferre nesciunt: complures suspiria, etiam luctuo-

sa appellata frequenter emittere absq; manifesta causa. experiẽtia didici: aliquibus appetitus deijcitur: alij cibos reuomunt, & ventriculum ità male affectum habent; vt & sæpiùs adstrictione laborent; vel etiam pondus quoddam in ipso, necnon rem quandam per oesophagum, modo ascendere, & modo descendere, percipiant; & in superiorem partẽ elatũ deglutire conentur, omnem laborem effundunt, cùm ipsa posteà sponte desiliat: in regione cordis punctiones quasdam, seu dolorem punctorium patiuntur, & ipsum aliquando laniari asserunt. In quibusdam circà collum arterias manifestè pulsare deprehenditur, vt tremore etiã affici videantur: alij sæuo ipsius colli, seu renum afficiuntur dolore, vel circà ventrem inferiorem torsiones acerbissimas, & sæpè flatum quendam frigidissimum per ventrem permeantem citò euanescentem, & citò etiã redeuntẽ: vel vaporẽ vti flammam ignis calidissimũ simili modo eos infestantem percipiunt: quidam veneris impotentes redduntur. Consueuere alij sudoribus quibusdã leuibus, præcipuè circa noctem corripi, quamuis etiam temporis constitutio frigida vigeat. Alij particulas corporis veluti nexibus deligatas habere videntur; & multa alia insolita symptomata, ac morbi obseruantur, qui fortassè adhuc in arte medica ignorantur. Morbi verò, quibus, vt plurimum, laborare huiusmodi ægrotantes consueuere, sunt quædam totius corporis macies, seu extenuatio, virium imbecillitas cum summo languore, mentis quædam stupiditas, varia melancholica deliria, diuersa febrium genera, quæ medicis multum negotij facescunt, motus quidam cõuulsiui, vt Epileptici videantur, membrorum rigiditas speciem conuulsionis præseferens: quorum

causas

causas medici modo cerebri vitio, modo vaporibus à ventriculo, vel ab vtero, lumbricisue elatis ascribunt: aliquando omnes capitis partes tumore afficiuntur; aut talem circa totum corpus lassitudinem percipiunt, vt vix, vel nullo pacto moueri possint: plerunq; tota cutis, sed præsertim faciei, flauo, seu citrino colore suffunditur: aliqui habent oculorū palpebras ità adstrictas, vt eas vix aperire possint: oculi sunt perlucidi, & transparentes, vti sunt Cercopithecorū oculi, & nonnunquā quędam spectra, vel nubeculā inspicere videntur: & nonnulli toruè intuentur. Est tamen animaduersione dignum, non esse necessarium, vt omnia relata signa in hisce ægrotantibus reperiantur: sed satis esse, si qua dumtaxat, pro diuersitate morbi, & maleficij adsint. Non potui adhuc obseruare signum aliquod, quod omnibus conueniat; quāuis aliqua sint magis frequentia: nec solum prædictis notis, verumetiam quibusdam experimentis, veneficio affecti magis cognoscuntnr, nam faciem Sacerdotis vix inspicere possunt, nec oculis intentis: album oculorum varijs modis mutatur: in combustione instrumentorum veneficij, ęgrotantes consueuerunt in deterius mutari, vel noxam quandam percipere maiorem, vel minorem, pro ratione sæuioris, vel leuioris veneficij: ità vt quandoque formidabiles rugitus, seu clamores emittere cogantur: quòd si nullam mutationē, vel læsionem percipiant, erit de salute ægrotantis sperandum, paruo negotio conualiturum esse. Adde, quòd si forte veneficus ad visendū ægrotantē accedat, statim infirmus ingēti molestia afficitur, aliquo terrore, seu tremore corripitur: & si sit puer, statim plorat, oculi ad fuscū colorē mutantur, vel alia notatu digna mutatio in ægrotis obseruatur.

Vbi

Vbi pro curatione, quædam linimenta sacra ad oculos, aures, frontem, & aliàs quasdam partes sacerdos adhibet: si in partibus illis sudor, vel aliqua mutatio appareat, signum est veneficij. Nonnulli superstitiosa quadam ratione docent explorare, an morbus sit ex veneficio necne; nã plumbum liquefactum in aquam fundunt, opus hoc peragentes super ægrotum, & præsertim supra particulam affectã, interim verba quædam obmurmurantes, & in plumbo coagulato maleficiũ inspici, ac maleficij genus asserunt: pro varia figurarum compositione. Verũ, vt modus superstitiosus est, sic & dæmonem cooperari est credendum; quamuis non desint, qui existiment à Saturno vim hanc esse plumbo inditam, vt maleficia prodat, quod tamen est à veritate alienum. Nec laudare possum aliud experimentum quod à quodã didici, vt ægrotans cum decoctione verbenæ, vulgò herba Sancti Ioannis dictæ, abluatur: in qua ablutione, si nihil reperiatur, vel decoctio non immutetur in colore, infirmum non esse veneficio affectum; quod si magna copia pilorum, & præcipuè suorum inueniatur, esse argumentũ efficax nõ solum veneficij, sed & grauissimi, minimèq; curã suscipientis: quòd si pili sint pauciores, morbũ esse mitiorem, & curationem admittere. Præterea audiui, si decoctum illud ad nigrum colorẽ mutetur, signũ esse præsentiæ dæmonis: & si ad alios colores mutetur, alia indicare. Quis verò nõ percipit hunc etiã modũ esse superstitiosum? cùm illi pili virtute verbenæ ablutionis, elici, vel procreari non possint; sed requiratur maior potentia, vt est illa dæmonis; qui & morbum inferentes, & morsum curantes, peccatis, & superstitionibus fœdare satagit. Quoniam verò in obsessis non solũ

est

est affectio; verum & dæmon ipse in spirituali quadam substantia immunda aliunde intromissa, aut etiam ex proprijs humoribus genita inhabitans; quamdiù hæc substantia latitat in aliqua parte, difficile est cognoscere dæmoniacos: sæpè enim præter eius particulæ affectum naturalem functiones lædentem, aliud quid nō ostenditur: plurimis tamen horum prauæ sunt imaginationes, præcipuè in somnis, quæ dæmonem produnt: nec tamē ob id solum asserere licet, esse malignum spiritū: eadem enim ac sæpè melancholicis contingunt: at verò spiritu locum mutante, quem obsedit: iam parte ex aliqua manifesta fit dæmonis inhabitatio; nam tanquam animata res per corpus perambulat, ità vt obsessi sentiant veluti formicas sub cute repentes, seu permeantes; vel partes, quas petit, palpitatione quadam commouet, aut puncturis quibusdam molestiam ingentem infert: vel vti flatus quidam modo à capite vsq; ad pedes descē dit; & modo à pedibus ad caput resilit. Obseruatū est in aliquibus vesiculā in lingua excitari, & confestim euanescere: aliquando plures apparere, nōnunquā innumerabiles, minutis granulis similes, ex quibus numerus spirituum habitātium arguitur; ad gulam dumtaxat ascendens, eam in tumorem attollit, ac siccam tussiculam mouet: linguam petens, eam præter voluntatem obsessi mouet, aliquando exerens incredibili oris hiatu, aut contorquens, inflat: aut impellit ad loquēdum, nō ægrotantis, sed ipsius dæmonis conceptus. Et ex his maximè patefiunt opera satanica: aut cum alienis lingis loquuntur: aut alios loquentes incognita ægrotanti lingua, intelligunt: vel cum de doctissimis, ac summè arduis sermonem habent, cùm alioqui sint rudes, & litterarum ignari: aut præ-

terita,

terna, aut occulta renunciant, assidentiumq; arcana, vel peccata aperiunt, eosq; multis conuicijs impetunt: & vsque adeo nonnunquã his immundorũ spirituũ furijs agitati, conturbantur; vt vix vnus à tribus, vel quattuor licet robustissimis hominibus, ne damnum alijs dent, coerceri, aut ligari possint. Quidam ex his, cùm à vexatione conquiescunt, referunt se vocem quidẽ loquentis dæmonis in suis instrumentis sentire: at sententiam percipere non posse, vt putè quibus mens ditineatur. Alij si interrogentur quid egerint, vel dixerint, fatentur, se nullorum meminisse, quandiu spiritus in capite existat. Signum verò satis certũ dæmonis inhabitantis, &, vt etiam aliqui credunt, inseparabile, cùm energumeni impediuntur à diuino cultu, vt neque vllatenus aqua lustrali seu benedicta aspergere seipsos, neque audire, neque proferre diuina verba possint; si tamen cogantur ceremonias Ecclesiæ peragere, vel diuinis ac potissimum Sacratissimo altaris sacrificio interesse, tunc magis infestantur. Cùm mente constant obsessi, testantur se quidem velle ritus Ecclesiæ peragere, & rerum sacrarum optare auxilium: esse autem in eorum membris quid insitum, quod repugnat: propter quam causam nonnulli dæmoni obtemperantes omnino propter incontinentiam, vexari quidem desinunt, sed ministri multorum facinorum redduntur. Alij quoque interdum ità assidue exagitantur, vt nonnunquã desperatione ducti, mortem sibi consciscant. Effectus dæmoniacorum, qui in sacris litteris enumerantur, sunt plurimi: nàm aliquando obsessi fiunt obstinati, ac inobedientes: nonnunquàm lunatici, vel muti, vel surdi, vel cæci, præsertim in ipsa cõiuratione; vel alliduntur, vel strident dentibus, vel

arefcunt, vel elifi in terram volutantur, vel ore fpumam emittunt, aut in ignem, vel aquam projiciuntur, aut ad tempus fiunt maniaci, fiue furiofi, qui quandoq; in homines infilientes, ipfos atrociter vulnerant, vel percutiunt: quibufdam etiam grauiffimis, ac incurabilibus affectibus corripiuntur: quorum omnia exempla in diuinis litteris facile eft inuenire. Experimentis etiam quibufdam confueuere Exorciftæ depræhendere dæmonis præfentiam; nam fi latenter reliquiæ fanctorũ, vel fchedula verba Dei cõtinens, vel agnus Dei cereus à fummo Pontifice benedictus, vel quid aliud facrum obfeffo apponatur; dæmoniaci confueuere quid noui proferre, vel agere: quod tamen experimentum probabile eft, & fallax: fi tamen facerdos capiti energumeni manum imponat, & facra proferat verba; folent tremore, vel horrore quodam corripi, ac uarijs tormentis, ac motibus præternaturam in diuerfis partibus moleftari: nam fi dæmon caput petierit; dolorem grauatiuum, & pungitiuum perfentiunt; vel caput vnà cum facie infigni rubore perfunditur, cum calore igneo: fi oculos petat, eos diftorquet: fi dorfum, conuulfiones; tùm in pofteriora, tùm in anteriora; aliquando toto corpore rigentes, & inflexibiles reddit, ut quacunq; ui adhibita, inflecti nõ poffint: nonnunquam ueluti mortui cõcidunt, ac fi effet illa tertia Epilepfia fpecies ex aura quadã ad caput irruente, & ad imperiũ facerdotis releuantur, aura remeante, unde difceffit. Si fauces petat, adeò conftringuntur, ut ftrangulari uideantur: fi in partes nobiliores feratur, ut propè cor, aut pulmonem, anhelationes, palpitationes, ac fyncopas excitat. Ad uentriculum uerò, fingultũ, & uomitus, ut aliquando cibũ affumere nequeant, uel affumptũ continere:

motum

motum cuiusdam rei ad instar paruæ pilæ circà os ventriculi: necnon rugitus excitant, & circà præcordia torsiones, vel inflationes. Ferunt quidam in huiusmodi morbis deprehendendis exercitati, dæmoniacos rosarum odorem nequaquam perferre posse, vt ne cogi etiam possint iuxtà rosariũ pertransire: odore quoque sulfuris, & alijs suffumigijs spiritus concitari experimento didicerunt: & sicut epilepsia odoribus quibusdam, gagatis lapidis præcipuè deprehenditur, ita spiritus latitãs huiusmodi odoribus exagitatur. Qua autem ratione id effici possit, inferius erit declarandum. Tandem cùm suspitio habetur de dæmonio, aliquando ex interrogatione ægrotantis, in ipsum illapsum fuisse, percipitur. Consueuerunt enim dęmones, antequam humana corpora ingrediantur, in aliqua formidabili, deformi, ac horribili forma, tàm hominum, quàm brutorum, luporum pręsertim, vel canum nigerrimorum, ac prægrandiũ, apparere; qui licet statim euanescere videantur, in eorum tamen corpora ingrediuntur: quod quidẽ noctu, in locisq; opacis, & obscuris contingere consueuit: vel somnia terribilia dormientibus immittunt, quibus deterriti, cùm euigilarunt, cum signis dæmoniacis reperiuntur. Quandoq; dæmones ingredientes humana corpora, magna cum sæuitia eorum membra lacerant: & nonnunquàm in dorso præbent sensum aquæ frigidissimæ, quæ confertim per dorsum proiecta, sursum, ac deorsũ percurrit. Coitus verò impotentia, ex veneficio, cognoscitur, si absint signa aliarum causarum; si præcesserit aliqua occasio, cuius ratione de veneficio probabilis sit suspitio: si vir fuerit prius potens, & amore mutuo coniuges se diligant, venerẽ tamen exercere non possint: vel, cum antea coniu-

ges

ges mutuo se amarent, tunc verò citra euidentem causam odio se habent incredibili: quod sanè multis modis contingere potest. Primò quidem, si vir priuetur coeundi potentia cum propria vxore, cũ alijs tamen vim obtineat, & efficaciam: secundò, cùm vxorem habet exosam, nec ipsam potest cognoscere. Tertiò, si non habeat exosam, & velit eam cognoscere, cęterum membri vigore careat. Quartò etiam si membri vigorem habeat, cũ hoc tamen semen emittere non possit. Macies, seu extenuatio veneficio illata, cognoscitur primo cõmuni signo, si nullis remedijs naturalibus ex arte adhibitis superari potuerit: ad hoc si nulla alia adsit causa aut interna, aut externa, neq; ex parte nectricis, si sit infans, neque ex parte infantis, seu alterius.

Quinam sint, qui veneficijs sunt magis obnoxij, & quibus malefici obesse non possint. Cap. XIIII.

MAgnam vim in morbis excitandis habere corporis dispositionem, ac præparationem, auctor est Galenus: quidam enim vni affectui, alij verò magis sunt obnoxij: qui enim ex caritate tixturæ corpora habent molliora, ac laxiora, morbis, qui ab aere, externisq; causis originẽ ducunt, facilius corripiuntur: & ij, qui ex cutis densitate corpora duriora sortiti sunt, à causis internis prõptius leduntur, & qui calidiore natura sunt, in calidos morbos, & qui frigidiore in frigidos magis incidunt; similibus enim morbis, vt scribit Galenus, maiori ex parte tentamur. Sed quamuis in morbis pręter naturam facilè suscipiendis aptitudo

1. de diff. feb. lib. de opt. not. corp. l. 5. de sanit. tuen. cap. 2.

tudo corporum fit animaduertenda; secus est in morbis extrà naturam: pro quorum faciliori susceptione, animi, & non corporis dispositio est consideranda: cùm ab huiuscemodi affectibus, nulla ætas, nullum temperamentum sit immune: sed sine discrimine tàm pueri, quàm iuuenes, ac senes: tàm frigidi, quàm calidi, & qui duriore corpore, & qui rariore sunt præditi, veneficis morbis sunt obnoxij. Illi itaque, qui habent ex peccatis, & potissimum grauissimis, animam ualde labefactatam, omnium maximè ueneficijs afficiuntur. Cùm enim à Dei gratia destituantur: facillimè in dæmonum, ac ueneficarum potestatem, ac iura incidunt; qui dæmones circà illos ueluti circà rem suæ potestati subiectam, tum in corpore, tum in rebus externis, quæ uolunt efficiunt. Et hinc est, ut nonnunquam homines sęuissimis doloribus affici uideamus; mares progignendi, fœminæ concipiendi, quidam coeundi ui, ac facultate priuētur: hinc etiam mulierum partus, animalium fœtus, terræ fruges, oues, boues; ac reliqua animalia, pessum ire uidentur: qui enim alienæ uxoris, aut cuiusuis fœdæ libidinis cupiditate tenetur; mirum non est, si à sua per ueneficium auertatur, aut procreandi uirtute, aut prolis solatio priuetur: ideo apud Tobiam scriptum habemus; qui coniugium ita suscipiunt; ut Deum à se, & à sua mente excludant, & suæ libidini uacent, super eos dæmones potestatem habent. Quæ tamen enarrata mala, pijs, ac probis uiris dæmones inferre non magnopere satagunt: sed rarò eadem eos infestant, cùm optimè calleant, mala, ac damna iustis uiris illata, illorum merita atq; præmia augere. Porrò si quis in fide titubet, & de Ecclesiæ catholicæ ritibus nō benè sentiat, quo pacto à ueneficis tutus erit? & qui

qui prauam iurandi, detrahendi, maledicendi, cō cupiscendi, vlciscendi & alia scelera patrandi cō-suetudinem contraxere, à maleficijs sibi cauere non possunt. Et quamuis vniuersum ferè hominum genus in tot sceleribus inuolutum reperiatur; si paucos veneficijs affectos videamus, hoc diuinæ clementiæ, ac bonitati est ascribendū: quę dæmones pro voluntate in nos sæuire nō patitur. Tria tamen sunt hominum genera, quibus venefici homines obesse minimè possunt. Primū quidē, qui in eiusmodi mancipia dæmonū, publica animaduertunt pœna iustitiæ diuinæ, vel officio aliquo publico contrà illos insistunt. Nā quos Deus ad aliquod opus, & officiū elegit, ac mouet, illis etiam necessaria tribuit ad illud opus, & officium peragendum, & munus obeundū. Cùm autē publicam iustitiam exercētes, talem à Deo facultatē adepti sint, omnisq; potestas, teste D. Paulo, à Domino Deo sit, auxilium suum illis libenter impertitur, illosq; tuetur, ne à dæmone, dæmonumuè ministris lædantur, & iustitiam erga scelestos illos exercere valeant. Si enim in hos aliquid iuris haberēt dæmones, in ipsum Deum, cuius officio funguntur, (quo nihil absurdius,) id & habere viderentur. Et hæc vera sunt, si recta intentione, & ex iurium Canonicorum præscriptis, vt decet Christianum iudicem, sic fungantur officio: qui enim temerè præesse volunt, curiositate aliqua ducti, vel praua intentione, aut aliquo graui facinore fœdati, diuino fauore destituuntur & à dæmonibus crebro sic excipiuntur, ac impetuntur; vt, & mortem ipsis interdum inferant, quemadmodum nonnullis accidisse aiunt. Deinde quidam alij etiam veneficorū laqueos, & mala euadunt, qui sanctis Ecclesiæ remedijs se muniūt,

peccata sua libenter, ac frequenter confitentur, sacram Eucharistiam reuerenter sumunt, sacrosancto altaris sacrificio deuotè assistunt, verbum Dei hilari animo audiunt, & custodire conantur, angelorum, sanctorumq; Cęli ciuium auxilium implorant, lustrali se aqua, cum animi pietate cõspergunt, & alijs sacris, ac benedictis rebus à Sacrosancta Ecclesia ad imminuendam, compescendamq; dæmonum vim institutis, ritè vtuntur. Quamobrem Philo, ac Iosephus referunt, Magũ quendam celeberrimum, quem rex Balaces ex Mesopotamia acciuerat, vt eius execrationibus Hebreos contra quos bellum gerebat, destrueret: retulisse, veneficos, ac dæmonum artes, aduersus populum illum, nihil valere: quippè qui, ob legis sibi datę obseruantiam, Deo charissimus esset: Regiq; suasit, vt hæbreos ad legis contemptum impelleret, hac enim vna ratione expugnabiles fore. Quod & exemplo Iustinæ virginis magis apertum fit; cùm enim eam, referente Gregorio Naziangeno, Cyprianus magus, ac in dæmonum deceptionibus admodum versatus, ardenter amaret, & veneficijs ad suæ libidinis assensum allicere conaretur; consulto dæmone, quanam re id consequi posset, responsum accepit, nullam ei artem profuturam contrà eos, qui verè Christũ colerent: qua responsione commotus Cyprianus, de vitæ superioris instituto vehementer dolere cępit, &, magicis relictis artibus, se totum Christo tradidit. Qui denique à maleficijs lædi haud possunt, hi sunt, qui à Deo interius per gratiã, & ab Angelis exterius per custodiam muniuntur, ac proteguntur. Licet enim animæ nostræ Deus per semet gratiam infundat, iuxtà illud Prophetæ: *Gratiam, & gloriam dabit Dominus*; cùm tamen

munus

munus aliquod insigne impartiri statuit; dispositiue Angelo bono cooperante vtitur. Et ideò Dionisius scripsit. Hæc est lex diuinitatis immutabiliter stabilita, vt ima à summis per media perficiantur; ità vt quidquid boni à fonte totius bonitatis in nos emanat; totum bonorum Angelorũ ministerio possideamus: & Dauid, Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te, in omnibus vijs tuis. At huius generis hominũ nonnulli ab omni penitus veneficio sunt immunes, alij verò à quibusdam tantum, vt experientia docuit.

De di. no. cap. 4.

✠

DE MORBIS VENEFICIS, AC VENEFICIIS.

BAPTISTAE CODRONCHI MEDICI.

LIBER QVARTVS.

De præseruatione à morbis veneficis, pro qua remedia superstitiosa reijciuntur, & vera, Christianaque proponuntur. Cap. I.

CVM medici finis sit sanitatis custodia, seu adeptio: quicquid enim in arte sua molitur medic⁹, ob id facit; vel vt presentē seruet, quæ secundū naturā est, constitutionē, quā sanitatē dicimus; vel, vt amissam illā sedula manu recuperet, atq; reficiat. Ea propter primo loco, qua ratione sani, ne à veneficiis morbis corripiantur, deinceps quibus remediorum generibus ægrotantes, à veneficijs vindicari possint, explicari aggrediar. Antiquiores Idolis seruien-

uientes, pro ipsa præseruatione, quibusdã vanis, ac superstitiosis, quæ Amuleta dicuntur, vtebantur: quæ tamen neq; a temperamẽto, neq; ab alijs manifestis qualitatibus, neq; à tota substantia, neq; à diuina, vel magica potestate vires habent. Ideò styllam in limine ianuæ suspensam, mali medicamenti, veneficiorumq; noxam pellere tradũt Dioscorides, & Plinius, qui antiquiores credidisse scribit, rostrũ lupi, seu pellem è ceruice solidã, veneficijs resistere, villarũ portis præfixã. De ramno testatur Diosc. ex vulgi opinione, illius ramos, valuis, fenestrisuè impositos, veneficia arcere: Alyssũ in domo suspensum, salutare amuletũ hominibus & quadrupedibus esse, refert Plinius, qui, & libr. 26. ait, alteram Satyrionem orchem cognominatã fæminam credi fascinis esse vtilem, & Aristot. sec. 20. Rutam fascinationis remedium esse. Palmarũ lignum in pomo osseũ, dente limatũ, expolitum, necnõ fõtis hyernæ coriũ, fascino resistere: ipsiusque neruos potos in vino cũ thure fæcunditatẽ, veneficio ademptã, restituere; & sanguine tactis postibus vbicunq; magorũ infestari artes, idẽ Plini. asserit, Lentopodij radix appẽsa, ad amatoria prodesse, ex Dioscoride: Ruberæ ẽt ossiculũ amorẽ cõcitare, & iurgia: additũ in potionẽ, venerẽ adligatam adstimulare, testatur Plinius. Betonicã animas hominum, & corpora custodire, & nocturnas ambulationes à maleficijs, & periculis, memoriæ prodidit Antonius Musa clarissimus Augusti Cæsaris medic. Cyclamanis radix vbi sata, nihil mala medicamẽta nocere posse, testatur Plini. Moly, ex eodẽ, laudatissima herbarũ est Homero, qua sũma veneficia arcẽtur, ostẽsa Vlyssi aduers. Circes insidias: & hæc cõtra oẽs magicas artes præcipua habetur; deinde Mithridation, scorditis, ac cẽtau-

L. 2. c. 168
L. 20. c. 9.
L. 28. c. 10
L. 1. c. 102
L. 13. c. 4.
Cap. 20.
Prob. 24.
Lib. 28. cap. 8.
Lib. 4. ca. 126.
Lib. 32. cap. 5.
Lib. 25. cap. 4.

tiũ. Argentũ viuũ Vpupæ auis cor, leporis etiã coi in aluta, Aetitem lapidẽ gestatũ veneficiorũ amuleta esse tradunt. Amiantus lapis veneficijs omnibus resistit, priuatim magorũ. Antiphanẽ gemmã contrà fascinationes auxiliari, ex magorum opi- Lib. 37. nione, recenset Plin. Saphito, si lunæ, ac solis no- cap. 10. men inscribatur, & è collo suspendatur pilis cynocephali, vel plumis hirundinis, resistere vene- Cap. 9. ficijs idem scribit: Chrysanthemnoa si eruas è terra ante solis ortum, & corpori circum liges, vel suspendas è collo, veneficas mulieres, & fascinationes cunctas auertit: Democritus Abderites catholitis lapidis gæstatione, vel ostensione frequenter contrà fascinum vtebatur: quo etiam explorabat occultam naturæ vim in certaminibus, quæ contrà magos habuit. Prætermitto, amuleta, quibus venatores vtebantur: innumera enim propè sunt: præcipuum verò est illud, cùm quercum fructicem scinderent, ac per ipsam cùm canes, tùm venatores ipsi transirent: ea enim ratione veneficium se dirimere opinabantur. Contrà amatoria quoque veneficia diuersa à multorum genera parari cõsueuerunt. Athenis inualuit vsus, vt antequam noua nupta mariti domum ingrederetur, oleo, & adipe suillo, vel lupino, postes inungerentur; ne quid perniciosæ pestis in domũ irreperet: semen felicis vulgus colligi haud posse credit, nisi nocte festum diui Ioannis præcedente, superstitiosis quibusdam admurmuratis verbis, quibus fugari dæmones censet, qui filicis semen custodire creduntur. In dextero Rubetæ latere ossiculum inueniri aiunt, quo amor inhibetur. Chamaleontis iecinore, amatoria dissolui, ex Democriti sententia traditur. Complurimis alijs artibus vanis ac superstitiosis vsi sunt Idolatræ ad

venefi-

veneficia depellenda; quæ silentio præterire satius esse duxi. At quibus medicamentis, quibus potionibus, quaue arte poterimus nos ab incantationibus, ac veneficijs præcauere? Certè præseruationis rationem facile consequi possumus, si causas facientes veneficia inhibebimus: cum preseruationis tota vis, in causarum efficientium remotione, & subiecti præparatione insit: adhibenda ergo erunt remedia, quę dæmones, veneficosque horum malorum auctores arceant, nosq; validos, ac munitos ad oppugnandum, & resistendũ efficiant. Ideò antè omnia, Dominum Iesum Christum confiteri, & ex animo diligere oportet: siquidem nemo dæmones vincere potest, qui illis validior non sit: sed nemo non dicam superior, sed neq; par illis reperitur, nisi Dei filius, à quo longè superãtur; qui ob hanc causam in hunc mũdum venit, vt dæmonum opera destrueret: cuius virtute adiuti, dæmonum artes facillimè euadere poterimus: Deinde peccatorum occasiones vitare debemus, cùm dæmonibus admodum familiare sit, à prauis occasionibus, ad maxima mala nos præcipites dare: quàm maxima celeritate omnis praua cogitatio retundenda est, cùm primũ animi fores pulsat, antequam affectus aliquis praui amoris scintillas in concupiscendi vi excitet, quæ semel accensa, mentem incendio sui vrit: & non paruo labore posteà extinguitur. Otium, vti noxiũ venenum, vitare debemus, ex eo enim dæmones tentandi occasionem sumunt; maiorq; vitiorum pars ex eo ortum habet Improborum etiam hominum consuetudo fugienda: obscænorum librorum lectio vitanda, cùm ex ea animus inficiatur, ac sæpe numero lenocinio verborum, mellitaq; oratione allectus pestifera dogmata, quasi

venenũ saccaro conditum hauriat: & ob id, cùm primum eiusmodi libros in manibus dęmones vident, ad nos tentandos irrumpunt; & suo quisq; loco, animæ nostræ mænia varijs oppugnationibus inuadit. Quocircà toto pectore in piorum librorum lectionem incumbendũ est: qui præter alia bona, quæ nobis præstant, dæmonũ laqueos detegunt, armaq; contrà illorum fraudes, ac maleficia parant. Addenda huiusmodi lectioni, diuinorum beneficiorum memoria, quæ ad alia beneficia nobis præstanda Deum quodamodo allectat: nec quicquam efficacius est, ad mentis aciem purgandam, & veneficia auertenda; quã Christi uulnerum, mortisq; assidua meditatio: quemadmodum enim Christi cruciatus peccatũ sustulit, & dæmones subegit: sic assidua de eo cogitatio ad vtrunq; plurimum confert. Quibus, si peccatorum confessionem sinceram addamus nihil est, quod magis dæmones in fugam vertat, & ab illius potestate immunes nos faciat. Et quoniam; quod peccatorum detestatio, & confessio facit, augustissimum Eucharistiæ Sacramentum perficit, & auget; ideò ipsa sacra communio est humiliter frequentanda. At inter alia præcipua pręsidia, quib⁹ ab insidijs dęmonũ seruamur; est oratio ipsa, per quã omnes ipsorũ fraudes, ac veneficia destruuntur, ab omniq; illorũ molestia, atq; impetu homines liberi, ac immunes seruantur: quod si orationi ieiuniũ etiã addamus; validiora arma contrà dæmones statuemus, qui ad nostrarũ animarũ interitũ carne tanquã familiari, ac domestico administro vtuntur; quippe in qua cupiditatũ nostratum radix existit: ideò per ciborũ abstinentiã attenuãda est: vt ipsius affectus, ac impetus exiles, ac debiles reddantur, animusq; robustior ad certamina

cum dęmonibus obeunda efficiatur: vt quę nostri corporis abstinentia Deo grata fiat: quod corpori subtrahimus, pauperibus erogemus; nam sicut per bonorum largitionē, egenis subueniēdo, à peccatis, & ab animæ interitu liberamur, vt Tobias ait: Tob. c. 4. & 12. ità dæmonū deceptiones, ac veneficia per eandē franguntur. Et si cum his etiá cerea illa imago. Agnus Dei vocata, aut folia oliuarū benedicta, sal exorcizatū, aut orationes sacræ circà collū suspensæ pietatis ergo gestentur; aqua lustrali sæpius aspergamur: & ad omnē progressū, aditū, exitū, vestitū, ad lauacrū, ad mensā, ad cubile, & deniq; ad omnē actionē, crucis signo frons rectè muniatur. Iesu Christi Saluatoris nostri quoq; nomē in corde, & ore habeatur; oīa maleficia, ac dęmonū imposturę euanescēt, & nobis neutiquā obesse poterūt.

De curatione morborum veneficorum, ac veneficiorum, & primò de Magica, secundò de humana agitur. Cap. II.

PRo curatione horum morborum, & dęmonū corpora obsidentiū expulsione, tres inuenio rationes inter se maximè distantes: quarū vna ex magica arte, alia ex Religione, & tertia ex arte humana desumitur: ità, vt curationē diuidere possim⁹, in magicā, diuinā, & humanā: magica vtens remedijs superstitiosis, incantationibus, ac dęmonū opera: diuina verò ritib⁹ sacris, diuinis nominib⁹, ac Dei auxilio: humana aūt adhibet herbas, radices, gummata, lapides, metalla, terras, succos, liquores, animalia, animaliūq; partes, diuersis verò rationib⁹: vel quia suis manifestis qualitatib⁹ vel ex ignotis, & à substātiali forma emanātib⁹, prodesse possunt. Cū antiqui diuinā, ac dęmoniacā rationē

veneficia

veneficia soluendi, distinguere ignorarent; vtranque magicam appellabant, & sacram, diuinamq; existimabant, ac in religione habebant: vnde Hippocrates diuinum vocauit, quod in morbis habetur, cùm potius dæmoniacum esset dicendũ. Magica curatio vtitur quibusdam vanis, ac superstitiosis rebus, ac verbis, quæ vt superius fuit dictum, amuleta dixerunt; & incantationibus, adiurationibusq; dæmoniacis. Inter amuleta, quæ veneficijs resistere, & ea remouere credidit antiquitas, præter superius explicata, multa alia recensẽtur: scribit Thrasyllus, referente Stoboro, in Nilo Aegypti fluuio, lapidem tabæ consimilem nasci, quem canes intuiti, non latrant; & optimè facere ad uexatos à dæmonio; quàmprimum enim naribus appositus fuerit, dæmonẽ egredi. Hypericon herba similem facultatem habere videtur, cùm ea à quibusdam recentioribus, fuga dæmonum dicatur: Arthemisiam manu contentam, nocentes feras, ac dæmones fugare, arbitrati sunt. Pendactylon etiam solis ortu, luna crescente euulsam ad fascinationes, & dæmonia valere; Buphthalmũ collectũ crescente luna dæmones, mala medicamenta, ac fascinationes demoliri: Peoniam legi flagrantissimam æstate sub canis ortum, antequã sol oriatur, & suspensam malis medicamentis, ac fascinationibus esse aduersam; ac dæmones, incursus nocturnos expellere. Morbos curari in vniuersum, incantationibus, monumentis litterarum tradidere Plato, ac Plinius: peculiariter autẽ Plato scribit: ad capitis dolentis medelam, foliũ quoddam, addita incantatione certa ad libitum, sanitatem restituere; absque verò incantatione, folium nil conferre. Homerus scriptum reliquit Antolici filij sanguinem è vulnere manantẽ, carmine

Lib. 4. de Repub.
Lib. 28. capit. 2.
In charmide.

mine repressum, vulnusq; curatum. Heliodorus testatur, sanguinem perfluentem ex Oreondate, carminibus. & incantationibus immobilem reddi: cuius curationis etiam meminit Q. Serenus sic

Odyssea lib. 19
Lib 9. histor. ethiop. Cap. 23.

Hæc simul incantans sisti debere cruorem.
Vt lapis ille viæ solitos, iam destitit orbes.

Theofrastus, referente Plinio, ischiadicos carmine sanari asserit: de qua re etiam Cœlius Aurelianus: alij, inquit, cantilenas ischiadicis adhibēdas probauerant; qui modus curandi ità familiaris est, & frequens nostris temporibus; vt villici passim eo vtantur, spretis medicorum auxilijs. Adrianus Imperator medicinæ peritissimus, (vt tradit Dion. Cassius) aquam omnem intercutem incantationibus, eduxit. Alij scribunt, Synalum illum Hannibalis medicum, incantationibus ferrū è corpore, & vulneribus eduxisse. Et Antonius Beneuenius asserit, sagittā sinistræ scapulæ cuiusdam militis ità pertinaciter inhærentem, vt nullis artis medicæ auxilijs, inde auelli posset; carminibus quibusdam vulneri insusurratis, ex osse recessisse. militemq; paucis diebus conualuisse. Marcellus scribit, quibusdam carminibus sordiculas in oculum ingressas, erui: et hordeolis oculorum, carmina auxiliari, & si quid faucibus adhæserit. Præterea litteris proditum inuenimus, incantationibus cancrum mortificari, lumbricos interimi, accessionem epilepticam sisti; magicis nominibus in aure prolatis, dentium dolores mitigari, strumas, & laxiorem columellam quibusdam precibus sanescere, vt scribit Aetius. Insuper vomitiones conquiescere, ceremonijs, ac verbis quibusdam, quæ curaturi vel absentes pronunciant: satis

Lib. 28. cap. 2.
L. Chronic. ca. 1.
Lib. de abd. ac mir. mor. caus. cap. 21.

tis fore rati, si modo laborantis nomen cognitum habeant. Ad febres sanandas quàm multæ circũferuntur preces, quas Fernelius recitat, & cum his multorũ aliorũ morborũ curationes superstitiosas ac magicas: quas, ne fastidio lectorẽ afficiã, omitto. Nicolaus Myrepsius auctor Græcus, qui multis medicamentorum compositionibus medicinã auxit, nonnulla magica, ac superstitiosa miscuit: asserit enim antidotum Cyphi, suffitu malũ spiritũ abigere; lunaticos restituere: si cum spuma tauri ab ortu solis vsq; ad ortum lunæ diebus triginta adhibeatur: recenset, adiurationẽ quandã ad fluorem sanguinis nariũ, quæ ob ignota quædam verba, & obseruationes vanas, magica censenda est: ad extirpandas mariscas adhibet senecionis radicẽ quibusdã cũ varijs obseruationibus: pro tumoribus verò, cùm internis, tùm externis sanãdis: ad visum deperditum recuperandũ, ad os deuoratũ, & ad malũ spiritũ fugandũ, nõnulla proponit magica remedia. Præter applicationẽ herbarũ, radicũ, & aliorũ medicamentorum, cũ simpliciũ, tùm compositorũ. Pro curatione veneficorũ morborũ, non desunt sexcenti alij modi istis maleficis. Nõnulli prius experiuntur, an morbus sit opera dæmonis, vel sponte genitus, cũ quadã plumbi colliquati, in aquam immersione; & postquã deprehenderint, morbũ esse maleficũ, tot diebus egrotũ visitant, quot ægrotauerit, inspiciendo partem læsam, tangendo, & verba quędã submisse proferẽdo. Alij columbũ per mediũ scissam ventriculo ægrotantis apponunt, nonnulla alia verba obmurmurando. Qui modi, & alij consimiles, manifestò magici sunt: cùm prorsus virtute naturali careãt: & quemadmodũ variæ sunt magicæ curationes: varij sunt etiam huius artis professores: aliqui .n.

veneficiæ

[Margin notes: sec. 2. ant. 298. — ant. 405. — ant. 419. — Sect. 12. 21. 24. & 57.]

veneficia inferre sciunt; sed sanare nesciunt: alij maleficia auferre possunt, immittere verò nequaquam: & nonnulli vtrunq; præstant. Eorũ verò, qui maleficia auferre sciunt, aliqui id præstare non possunt, nisi alteri, seu priori maleficio venefi cium inferant: aliqui morbos, maleficos omnes vocant: nonnulli complures, & alij vnum tantũ: vt pro varietate morborũ veneficorum, varij etiã medici malefici reperiantur: quæ facultatũ varietas, ex diuersitate fæderis cũ dæmone initi oritur. Extitit in Germania quondã, vt referunt Auctores Mallei maleficarũ, famosissima quædã in soluendis maleficijs mulier, cuius domus nõ solũ ab indigenis, sed etiam à remotissimis populis eius gratia frequentabatur magis, quàm apud nos tẽpla; adeò vt Comes quidam Castri Thelonei, incredibilẽ quæstũ extorserit, vectigali indito, vt quicunq; mulierẽ adiret, denariũ solueret. Et hæc ars nefanda pluribus modis medicinã labefactauit: primò, quòd nõ solũ eos, qui ex maleficio ortũ duxerunt, morbos; sed & cęteros sanare promittat: vt apud plerosq; medicina ludibrio habeatur; quod salubriores, ac certiores euent⁹ nõnũquã ex mulierculis inueniãt, quã ex medicis: deinde, quoniã hominũ curiositate poti⁹, quã doctrina, remedia multa, tãquã arcana, ex arte magica in medicinã trãslata sũt; qđ multi Arabũ sectatores fecerũt, vti Michael Sauonarola in sua practica, & quidã Bartholome⁹, q practicã, & experimẽta, cũ qbusdã itroductionib⁹ in lucẽ edidit; sic .n. multis modis medicinæ sciẽtia vndiq; cõspurcata de remediorũ vanitate sæpè coarguitur. At horũ satanicorũ hominũ curationes fallaces, ac incertę sũt, ac sę pi⁹ præstigiosę, vt videãtur p modicũ tẽporis spatiũ sanare: & reuera nõ sanẽt; præsertim cùm sint

nonnulla

nonnulla maleficia, quæ à nullo venefico quamuis perito, dissolui possint, vt nonnulli arbitrantur. Num verò Venefici etiam affectiones, quas naturales vocant, sanare possint, non modicam habet difficultatem. Ioannes Budinus in sua Dæmoniania arbitratus est, minime eos posse: nihilominus experientia, ratio, & auctoritas, oppositum suadere videntur: quidam enim, qui de maleficijs scripserunt ex professo, in eam sententiam abierunt, vt quoscunq; morbos oblatos venefici curare sciant: quod nos etiam quotidie experimur: oculorum enim lippitudines, ischiadicum dolorem, & nonnullos alios morbos simplices, absque veneficio nonnunquam aliqui ex veneficis sanant: sicut & veneficos morbos curare profitentur: quod & ratio suadet: si enim dæmon potest vi sua noxios existentes in corpore humores educere, ac resoluere, prauam eorum qualitatem auferre, obstructiones tollere, intemperies validas ad statum naturalem reducere, & alias causas ab eo in veneficis morbis introductas auferre, cur, & easdem sponte genitas compescere non poterit, cùm vt superius dictum est, dæmonis imperio omnis moles corporea subijciatur, ac pareat? Vtrum modo remedijs vanis, superstitiosis, ac magicis, homo Christianus illæsa animi pietate, & consciẽtia vti possit, & ad veneficos pro sanitate recuperanda confugere: variæ sunt cùm Iuris Cęsarei, ac Pontificij consultorum, tùm Theologorum sententiæ: Iuris ciuilis periti, arbitrati sunt licere vti maleficis, & eorum opera pro communi, uel priuato bono. Quæ sententia à ueritate est aliena, & penitus reijcienda; cùm id non possit fieri absq; mortali peccato. Quidam Doctores asserunt, non licere cuiquam ad maleficos accedere,

ut

ut maleficium alio maleficio soluant, sine infidelitatis crimine: si quis tamen actu esset paratus ad ueneficium perpetrandum, eo uti licere, quę pariter sententia, ut prior, est explodenda, cùm nulla ratione liceat adducere aliquem, quantuncunque paratum, ad offensionem diuinam: neque etiam liceat assentiri peccanti. Alij uerò summariè scribentes dixerunt nullum sequi peccatum, si uenefcia destruantur per opera uana, ac superstitiosa: eò quòd liceat retundere uana uanis: quod tamen rectè sentientibus non placet. Sanctus Thomas, D. Bonauentura. Scotus, necnon Ioannes maior statuunt nulla ratione nos posse implorare auxilium ueneficorum pro sanitate adipiscenda: imò debere potius omnia mala, & mortem ipsam subire: quàm uti eorum auxilio: quia dicunt, non esse facienda mala, idest peccata, ut eueniant bona. Extat demum summus omnium Iuris Pontificij consensus, nequaquam licere, pro salubritate corporis recuperanda, diabolica, ac superstitiosa remedia adhibere, seu quærere, quamuis alia ratione sanitas obtineri non posset. Idem dicunt Doctores de remedijs superstitiosis, ligaturis, & apendiculis, quæ fiunt per ipsos maleficos ad sanandum; prout fusius ego in meo secundo libro de Christiana, ac tuta medendi ratione declaraui: ubi ex professo litem hanc in medium attuli, & ex Doctorum sententia, diremi. Quoniam uerò, ut dixi in superiori libro, ueneficia curare, uel abolere haud possumus, nisi eorũ causas amoueamus, cùm uenefici ad infligenda ueneficia utantur quibusdam rebus, ut cereis, uel plumbeis imaginibus, charecteribus quibusdam, & alijs iam relatis, quæ cùm sint signa fęderis inter dęmonem, & ueneficos, ac instrumenta ueneficij, quandiù permanent,

In 4. sent. dist. 34. q. 3. eadem dist. art. 2. q. 2. q. vnica q. 2. ad 3. dub.

manent, tandiu dæmon in noxa, & molestia inferenda durat: Ideò controuertitur, vtrum fas sit ad veneficos confugere, & rogare, vel cogere, si fieri potest, vt destruant opus veneficij, signum fœderis amouendo: vel hæc signa, ac instrumenta quærere, inuenta amouere, destruere, soluere, ac comburere, cùm ad eorum ablationem, solutionem, & combustionem, ex pacto inito cum satana, ipse dæmon desinat à læsione inferenda. Solus Io. Budinus inter eos, qui libros ediderunt, *in libro de Magorum demonomania*, & quidã Ioannes Hessels à Louanio, teste Martino Delrio tom. 3. disq. lib. 6. cap. 2. sec. 1. q. 3. in suis prælectionibus li. 4. sent. manuscriptis, arbitrati sunt, nulla ratione licere aliquid harum rerum facere: quam opinionem Hessels multis rationibus ab eodem Delria relatis, probare conatus est. Ego tame in 2. lib. de Christiana &c. cap. 3. *oppositam sententiã sequutus sum, licere videlicet ad veneficos confugere, ijs suadere, seu rogare, vt veneficij opus destruant, non ex noua cum* dæmone pactione; vel medio alio veneficio; sed signum fœderis, vel instrumentum veneficij amouendo: & pariter fas esse cuilibet talia instrumenta, ac signa quærere, ac reperta auferre, soluere, ac destruere: nec dumtaxat esse licitum, verumetiam mercede dignum Satanæ opera delere: nec hac in re vlla infidelitas, vel vllum commercium, vel ascensus cum dæmone intercedit: quoniam diruens, ac euertens non acquiescit prauis operibus, sed existimat, dæmonem posse, & velle fatigare, dum signum permanet, & ablationem, destructionemq; illius signi finem imponere vexationi: & est sententia Scoti, & Io. Maior in 4. sent. d. 34. q. vnica, & omniũ summatim scribentium: Hanc sententiã Delrius

probat

probat exemplis, auctoritatibus alijs, validissimis rationibus, & ex communi praxi omnium ferè vbiq; , etiam bonæ conscientiæ, & scientiæ, qui hac ratione curare veneficio affectos suscipiunt: & cum vix alius curandi modus in hoc veneficij genere reperiatur. Verum quidem est, ac animaduersione dignum, vt ibi scripsi: quòd si quis talia instrumenta quæreret, arbitrando omnẽ vim læsionis, & interitus in illis existere, grauiter peccaret, & est ab omnibus reiectum, vt docet Nauarrus, qui ait: quòd, qui credit effectum illum, qui ex operibus magorum procedit, etiã si ad sanitatẽ perueniatur, virtute verborum, vel rerum, quas aplicat, effici, peccare: quoniam huiusmodi res iuxtà naturam suam ad similem effectũ producẽdum tali virtute carent: quoniam talem effectum dæmon efficit per alias causas naturales, quas ad id, ob pactum expressè, vel tacitè cum excantatore conuentum, applicat ex S. Thoma secunda secundæ 22. q.96. art.2. & S. Antoninus 2. par. t. 12. c. 1. Multa alia ad hanc rem facientia docet Delrius: quem, vt legat, lectorem hortor, vt ab omni dubio se eximere discat. Vtrum verò medicamẽtis, ac remedijs ex medica facultate desumptis, huiusmodi morbi curari possint; aliquid certi statuere difficillimum esse iudico; quod enim arte medica possint superari, nonnullæ rationes vidẽtur suadere: nàm cùm hæ affectiones fiant immediatè ab eisdem causis, à quibus & cæteræ progignuntur, quamuis efficacioribus, vt plurimum, ac magis abditis, peritus, ac expertus medicus solerti adhibita indagatione poterit & morbum, & causas cognoscere: vel ad alium similem reducere morbum. Quibus cognitis, paruo negotio adhibere poterit ea remedia, quæ satis esse poterunt,

vt causæ remoueantur, & sanitas restituatur. Cũ enim dæmones ad inferenda mala medijs naturalibus vtantur, varias obstructiones, ac intemperies modo mitiores, modo validiores procreando, cõtinuum soluendo, noxios humores concitando, vel vtiles putrefaciendo, ac deleteria, prauaque qualitate coinquinando, ac ad principalia, vel ignobilia traducendo: poterit & medicus obstructiones tollere, intemperiẽ corrigere, vnitatem restituere, humores compescere, quod putridum est educere, & prauam, ac venenosam qualitatem debellare: & eò magis cùm medicina sit donum Dei, ab eo originẽ habens, sicut, & cuncta medicinę subiecta ab eo creata sunt; & ex ipsa miros effectus quotidie prodire experimur. Insuper, cùm dæmones, vt plurimum, vtantur quadam subtiliori, ac tenuiori substantia è rebus naturalibus elicita ad infligendos morbos, aut homines obsidendos, rationi consentaneum est, vt etiam aduersus illam remedia quoq; extent naturalia, eaque inter alexipharmaca: & quamuis cuilibet particulari veneno, peculiare antidotum institutũ fuerit: & huiusmodi particularia venena nos lateant, vt etiam particularia alexipharmaca adhibere nobis facultas non suppetat: nihilominus sunt quædam antidota, quæ ad omne venenũ extinguẽdũ, & omnẽ prauã facultatẽ superandã longo vsu, & experientia comprobata sunt: ex quibus ea maximè opportuna sunt censenda, quæ vaporosam, & multam exhalant huiusmodi vim, & quia magis interius penetrant, & cum spiritibus conueniunt: sic enim permisceri, atq; eos alterare possunt. Idcircò aromata, & suffimigia obsessis maximè prosunt; Ruta pueros circumuallatos ea ratione à veneficijs defendi, aiunt, sclaræam, ac fęniculũ

oculos

oculos præcipuè fuerit ab ingressu maligni spiri-
tus: efflat enim ex his cum odore halituosa quædã
substantiæ balsamum flagrantissimum odore, &
substantiæ proprietate, immunditiam, ac sorditiẽ
spiritualem, tùm inunctione, tùm potu vincere,
quidam eruditissimus vir arbitratur: quæ reci-
piunt odorata quæquæ, vt ambram, muscum, cina
momũ, nardũ, lignum aloes, & cętera huiusmodi,
multum posse proficere putandum est: theriaca,
ac Mitridatium, vt aduersus omnia venena fue-
runt instituta, similiter in hoc genere opem ferre
possent, præcipuè si aliquo spirituoso diluta liquo
re propinentur: cuiusmodi est vinum potens, &
aqua ardens; citissimè enim ad omnes partes vim
medicamenti ferunt, & vires adaugent. Adde, si
ars medica inualida, ac inutilis esset ad hos curan-
dos morbos, Exorcisticam artem profitentes, al-
iis remedijs nõ vterentur: cum autẽ vomitoria
multa, varia linimẽta, complures suffitus, nõnullos
potꝰ, quędamq; balnea procuratione veneficiorũ
proponãt: sequitur remedijs medicis ipsa supera-
ri posse. Insuper, cũ dęmones humori melãcholi-
co facilè cõmisceãtur, qui cũ amarꝰ, tristis, ac tur-
bulentꝰ sit, locus dęmonũ naturæ cõgruens credi-
tur, si sena, lapide lazuli, veratro, vel alio simili me
dicamẽto ex toto educatur, dęmon ẽt corpus dese
rere cogitur, vt in quibusdã dęmoniacis experiẽ-
tia cõprobatũ est. Ex opposito tñ experimur reme
dia naturalia his morbis nihil ꝓdesse, & medicos
frustra laborare in huiusmodi affectionibꝰ curãdis:
q̃uis .n. ipsi intẽperies adimere, obstructiones ape
rire, noxios humores exturbare, & oĩa alia obire
studeant; dęmonis tñ oẽs medicorũ conatus irri-
tos reddunt; cũ nõ sinant medicamẽta applicari,
vel effectus suos sortiri, vel morbos continuò fo-

ueant, & causas eorũ adaugeant; homines etenim cùm sint inferioris virtutis, dæmonum operationes, sua dumtaxat virture naturali impedire, vel destruere non possunt. Prætereà cùm medici cognoscere debeant morbum, & morbi speciem, robur facultatis, temperiem naturalem, & ætatem, consuetudinem, seu mores, & partis affectæ actionem, dignitatem, situm, magnitudinem, figuram, sensum, & proprietatem; externa etiam omnia, à quibus homo necessariò afficitur, vt tempus anni, & regionem, & constitutionem præsentem, seu morbos, qui tunc grassantur: & cùm multa sint, quæ in curatione indicationem habeant, & nihil eorum omninò contemni debeat, si curatio exacta futura sit: quin vel minimum quid eorum curationi adijci, vel detrahi: exactaque curatio exurgat omnium indicationum maiorum, & minorum, similium, & contrariorum concursione; constat nullum medicorum posse exactè, & adamussim curationem perfectam instituere; quia tã multarum rerum, necesse est alicuius ignorare naturam, vel intensionem, magnitudinemuè. Cùm itaq; multa medicos lateant, morbos naturales curantes, vt curatio nonnisi imperfecta possit haberi; quantò magis imperfecta, manca, ac debilis erit curatio veneficorum morborũ, quorum essentia, causæ, & multa alia, vt plurimum, ab ipsis medicis ignorantur? Quibus ignoratis, aut impossibile est; morbos curari, aut perperam curantur, & cum discrimine ægrotantium: quinimò, si medici rerum omnium naturalium essent gnari, vt sunt Angeli, ac dæmones, & adamussim mederentur; nihilominus maleficio affectos nequaquam per seipsos sanitati restituere possent, nisi virtus superior dæmonibus, à Deo ipsis medicis

dicis esset impartita. Statuendum ergo esse in hac difficili dubitatione censeo; quòd, quemadmodũ agentia naturalia tantò minus possunt in subiecta agere, quantò plura sunt, quæ ijs resistant; ità & agentia supernaturalia, hoc est dæmones, minus in humores hominum poterunt, si morbum ex illis procreandum inferre velint, si medici auxilijs opportunis cõtrarias qualitates opponere sciant; ideo remedia naturalia aliqua ratione iuuare energumenos, & veneficorum morborum nonnullos profligare posse, si mites, ac leues sint, dæmonesq; ipsorum auctores annuant; vel statutum tempus sanitatis, ex fædere inito, uenerit: multum verò prodesse posse, ac etiam perfectè curare posse, si ritibus, ac orationibus Ecclesiasticis fuerint munita. Ideò, pro curatione horum morborum vnà cum peritis Exorcistis medici sunt vocandi, vt medicorum remedijs, & exorcistarum precibus, coniurationibus, ac medicamentorum, potionumq; benedictionibus, ueneficia amoueantur, ac dæmones è corporibus expellantur: nam si dæmon mali auctor est, necesse est, simul uti remedijs, quæ dæmonem abigant, & quæ humores noxios euacuent, & compescant: remedia enim naturalia si curare nequeunt, saltem lenire malũ, & aliquatenus subuenire possunt, ut dixi: ut sunt remedia duo aliquibus usitata; quorum unum commune est omnibus ueneficio affectis; & est puluis hypericonis, & præcipuè illius seminis, ad drachmam unam, uel scrupulos duos, & margaritarum albatum ad scupulum unum, cum uncijs quattuor decoctionis, seu stillatitiæ aquæ melatæ propinatus: aliud uerò ualet ad eos, quibus uenefica instrumenta intrà corpus à dęmone iniecta sunt: & est radix imperatoriæ ad drachmã unam

plus, minusuè exorcizata, ac benedicta: sicut & alia benedici debent cũ supradicto, vel alio simili liquore, exhibita. In casibus autẽ difficillimis, & grauissima vexatione mihi probatur subtuscript⁹ puluis. Rothuris, mirrhę, ladani an. onc. 2. sulphuris, galbani an. onc. 1. hypericoris, astrologiæ an. onc. 5. mis, & in polinẽ redigantur, cuius eadẽ mẽsura offerri potest, & cũ eisdem liquoribus: vel si anni tempus, aut corpus sit calidũ, vel ætas iuuenilis, cũ aqua rosacea refractus. In horum tamen, & aliorum remediorũ, quæ inferius recẽsenda erũt, vsu, animaduertendũ est, vt corp⁹ sit purũ, beneq; valens, morbusq; sine materia, præsertim calida, vt nihil obesse possint: nam si corpora sint obstructionibus, vel malis succis referta, aut sanguine repleta, prius demendæ erũt obstructiones, noxij humores deturbandi, & sanguis imminuendus, & aliæ causæ, si quæ adsint, amouendæ, antequam hæc remedia adhibeantur.

De Curatione Diuina. Cap. III.

QVò ad auxilia diuina; primò de curatione in vniuersali, posteà de curatione cuiusdã particularis veneficij erit agẽdum. Qui igitur veneficio aliquo sunt affecti, vel à dæmone obsessi, quamprimum ad Deum optimum maximũ confugere debent: & orationibus sedulis, ac deuotis, ipsius auxilium implorare; peccata propria dolẽdo sacramentaliter confiteri: sacra communione sæpius se munire; vigilijs, ac ieiunijs, si vires sint validæ, carnem attenuare, ac ipsius impetus imminuere; varia itinera peragerè; & Sanctissimæ Dei genetricis, ac Sanctorum delubra perlustrare, ac venerari; ipsorumq; suffragia pijs orationibus implorare: vberes eleemosinas pauperibus

erogare:

erogare: aliqua vota, ex peritorum, ac piorum virorum consilio, facere; & quibusuis alijs operibus pijs sedulam operam dare; misericors.n. Dominus spectata illorum fide, bonisq; operibus placatus, salutem impartiri immediatè consueuit, siue ministerio Sanctorum Angelorum; vt in veteri testamento Tobiæ factũ esse legimus. Quòd si pristinæ sanitati non restituentur, vel adhuc à spiritibus immundis vexentur, & affligantur, nõ contrahant animum; sed ad ministros Dei accedant, qui orationibus, ac saluberrimo Altaris sacrificio eos adiuuent; cibaria, potus, medicamẽta, vestes, ac indumenta omnia, & habitationem, benedictionibus sacris, & ab Ecclesia sancta institutis, vel probatis, muniant; prius facta thalami, ac domicilij, vestimentorum omnium, ac reliquorũ vtensilium mutatione: experientia enim cognoui, aliquos hac mutatione facta, statim priori sanitati fuisse restitutos: & in alijs hoc remedium prętermittentibus alia auxilia fuisse inefficacia: præterea adiurationibus frequentibus; sacris reliquijs ad collum appensis, & alijs similibus, omnẽ dęmoniacã vim repellant; appositis præsertim in quatuor thalami angulis, seu cunabili, si ægrotus sit infans, quibusdam rebus, benedictis, ex sacro Ecclesiæ instituto, simulq; conscriptis orationibus, quarum orationum, ac breuium formulæ duæ admodum efficaces, ac probatæ mihi à quibusdam pijs, ac peritis sacerdotibus exhibitæ fuerunt, pro curatione filiæ meæ veneficio affectæ: quarũ vnã dumtaxat seruaui, & hic scribere volui.

✠ Iesus ✠

PRęcipio vobis Angeli Satanę, in nomine, & virtute Sãctę Trinitatis, vt de cętero nõ pręsumatis hanc creaturã N. quoquomodo cõtingere, vel

molestare, neq; per facturas, neq; p incantatio-nes, neque per illusiones aliquas: & hoc ego vobis præcipio in nomine Domini Iesu Christi, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & seculũ per ignem. Amen.

✠ Maria mater gratiæ, mater misericordiæ tu nos ab hoste protege, & hora mortis suscipe. Super ęgros manus imponent, & benè habebunt. Iesus Mariæ filius, mundi salus, & Dominus sit tibi clemens, & propitius, & meritis B. Vincentij liberet te à potestate diaboli, & insidijs eius, & ab omni infirmitate ✠ Sanctus Deus ✠ Sanctus fortis ✠ Sanctus, & immortalis miserere mei, N. fiat ✠ in nomine patris ✠ & filij, & Spiritus Sancti Amen ✠ ✠ Iesus ✠ ✠ Iesus Mariæ filius.

Scribatur hæc oratio super paginam à Sacerdote benedictam: cui addere potes sal exorcizatum, folium oliuæ in die palmarum benedictum, rutam, thus, & mirram, benedictione roborata, Agnum Dei integrum, & Sanctorum reliquias; quæ omnia, vel aliqua ex eis simul iuncta reuerenter, & deuotè collo suspendantur, & gestētur.

Alteram postea orationem à simili Sacerdote mihi traditam huic addere volui ea forma verborum, quibus mihi data est.

Remedium liberatiuum, & præseruatiuum ab infestationibus dæmonum, vexantium homines, iumenta, & habitacula eorum, & ab insultis maleficorum.

I. Qui verbum caro factum est, & habita-
N. ✠ R. uit in nobis, nascens ex Virgine Ma-
I. ria, per ineffabilem pietatem, & misericordiam suam pijssimam, & per intercessionē eiusdem Beatæ Mariæ Virginis, & Angelorum,

Sancto-

Sanctorumq; omnium, & maximè Apostolorum, & Euangelistarum suorum Ioannis, & Matthęi, & Marci, & Lucæ, ipsum quæso, vt dignetur me liberare, & conseruare ab omni infestatione Satanæ, & ministrorum eius. Qui cum patre, & Spiritu Sancto viuit, & regnat in sęcula sæculorum. Amen.

Hic pius Sacerdos monebat in hisce breuibus deferendis nequis ità certam in eis fiduciam constitueret, vt crederet, proptereà fore nihil mali sibi euenturum; sed omnia prospera: cùm nec uirtute naturali, neq; Ecclesiastica ordinariè ad tales effectus producendos vim habeant: & ideò in Deo omnem fiduciam collocandam; ob cuius reuerentiam, & memoriam frequenter. Licet talia breuia deferre: & multo melius, quæ illis continentur præmeditari, & supplici oratione proferre, quàm characteres solos in pagina sola portare. Interim instrumenta maleficij, si qua sunt exterius apposita, diligenter inquirantur in culcitris, & alijs lecti rebus, ac thalami secretioribus locis; ac præsertim in liminaribus ostiorum, ac in ægrotantium indumentis; in quibus nonnunquã arte mira latenter immissa inspiciuntur, quæ instrumenta inuenta igni à Sacerdote, peculiari ritu benedicto, tradenda sunt, & comburenda: & hęc instrumentorum inquisitio non semel tantum est facienda, sed aliquoties iteranda, præsertim in lunæ coniunctionibus, & oppositionibus, in quibus instrumenta ueneficij renouare consueuerunt malefici ope dæmonum, vel dæmones petentibus maleficis. Quòd si sæpè, ac sæpius inquirantur, & comburantur ueneficij signa, adiurationes etiã ac alia auxilia continuentur, venefici morbi, ac veneficia omnia proculdubio euanescent. Et in

hac

hac parte non est audiendus Ioannes Budinus, qui arbitratus est, non licere instrumenta hæc diabolica, seu veneficia perquirere, ne homines existiment, huiusmodi res vim habere lædendi, vel interimendi; cùm ex sententia Theologorum, liceat, atque adeò meritorium sit, ad veneficos confugere, ac rogare, vt destruant opus veneficij; non quidem ex noua cum dæmone pactione, vel medio alio veneficio; sed signum fœderis, vel instrumentum maleficũ amouendo: ad cuius ablationem, ex pacto inito cum satana, ipse dæmon desinit à læsione. Quòd si ad veneficos licet accedere, quantò magis licebit cuilibet talia instrumenta, & signa perquirere, auferre, ac soluere, si ea reperiat. Nec satis mirari possum de Paulo Ghirlando Iurisconsulto, qui asserit, huiusmodi morbos veneficos non posse depelli, ac curari; nisi ex scientia artis maleficæ, & dæmonis instructione, ac per eiusdẽ artis magistros: quod tamẽ prorsus est falsum, & contradicit sacrosanctæ Ecclesiæ, quæ varias adiurationes, diuersaq; auxilia sacra proponit pro curatione horum ægrotantium, & dæmoniacorum quoruncunque, ex maleficio: opinio huius Doctoris decepit iampridem quendam nobilissimum Ciuitatis nostræ Pręsidem, qui cùm multas, ex relatione, veneficas, ac veneficos in carcerẽ conijci iussisset; (tũc enim innumeri ab huiusmodi scelestis hominibus varijs veneficijs erant affecti.) habita à Pontifiçe maximo facultate, etiam in carcerem coniecit quendam sacerdotem, quamuis dignitate Ecclesiastica insignitum: eò quòd profiteretur maleficia depellere, ac sanare; cùm tamen ipse adiurationibus sacris, & alijs superius relatis diuinis auxilijs dumtaxat, palam vteretur: Iudex autem arbitratus est, ea præstari

arte

arte magica, & dæmonis instructione: asserens etiam illud, quod in vulgi ore circumfertur; qui curare sciunt, ea etiam immittere didicisse: quod autem est falsum, vt ex superiori veneficorũ diuisione patet: non enim omnes venefici possunt veneficia ab ipsis, vel ab alijs illata destruere. Et quoniam nuperrimè mihi contigit videre, ac legere Martinum Delrium multæ eruditionis, ac lectionis virum, qui luculenter admodum, ac fusè agit de remedijs ijs supernaturalibus, sicut etiã de alijs rebus ad hanc tractationẽ attinentibus in tom. 3. disq. mag. lib. 6. c. 2. sec. 3 q. 3., omnia diuina, ac supernaturalia remedia, à me breuiter relata, ad duodecim capita redegit, quæ hic summatim afferre volui, vt finem, quem in edendis his libris mihi proposui, facilius assequi valeam: vt Deus videlicet magis honorificetur, glorificetur, ac laudetur, & homines facilius à manibus dęmonũ, ac veneficarum eripiantur. Primum igitur caput, seu remedium est, vera, ac viua fides, hoc est Dei dilectione, ac proximi munita: hanc enim D. Antonius suis discipulis commẽdans, magna, inquit, dilectissimi aduersus dæmonem arma sunt vita sincera, & intemerata in Deum fides; qua munitis non posse nocere se Cypriano mago dæmon respondit. Secundum est, legitimus in Ecclesia Sacramentorũ vsus, vt pro nundũ initiatis baptismus: experiẽtia .n. compertũ est, nundũ baptizatos, per baptismũ à veneficijs liberari: nec dissimilis est vis confirmationis: de peccatorum confessione Ioannes Diaconus trium affert exempla, qui cum à dæmone obsessi essent, mox vt peccata B. Gregorio confessi sunt, pęna peccati immunes esse cognouerunt. De venerabilis Eucharistiæ perceptione reuerẽti, ac debita, vetusti Patres vnanimiter cõtestãtur,

hoc

hoc viuificum corpus mortiferi hostis præstigias discutere, & noxias ab eo inferendas arcere repelléreque, ideò D. Macharius cùm Aegyptiacā quandam mulierem veneficis carminibus malè affectam curasset, dixit, tantum in miseram dęmonibus licuisse, eò quòd multum temporis ab Eucharistiæ perceptione abstinuisset. Separari ab hoc remedio non debet incruentum Missæ sacrificium, cuius oblationis eosdem effectus sæpe docuit experientia; ideo S. Augustinus testatur, quòd dæmoniacæ sui temporis fatebantur ab omni dęmonis vexatione se liberas esse, dum missas audirent. De oleo quoque infirmorum per Episcopū benedicto dubitari nequit: cùm etiam ad corporis sanitatem sit institutum: & de quouis oleo à viris sanctis nō Episcopis, & non solemniter, sed obiter, vt res se offerebat, benedicto, id nō semel legamus effectum. Eucharia vxor Agapij, teste Surio; cùm illi ex ueneficio roderentur intestina, allata est ad B. Parthenium, qui triduo orans, & oleo Sanctorum illi propinato, sanam remisit: Idemq: hic ipse Sanctus beneficium eodem oleo inungens, impendit cuidam lesboano; hoc erat consuetum B. Auxentij Archimandritæ cōtra dęmonis obsidiones, morbosq; ab eo illatos, remediū. Cui tertium adde, confugere scilicet ad sanctos viros, & ab eis auxilium petere, quos cōstat habere miraculorum donum: sed rari sunt hodie viri isti, olim tamen fuerunt frequentes.

Quartum est exorcismus Ecclesiasticus; qui cùm sit res sancta, non iocosè, sed seriò, ac sanctè tractari debet: Tostatus monet, non solere exorcismos, omnes molestias, ac vexationes, quas dæmones hominibus inferunt, repellere; sed illas, ad quas repellendas exorcismi ab Ecclesia ordinantur,

nantur,

nantur, vt sunt molestiæ, quas inferunt manentes in corporibus; sed dum exterius obsident, & illæ inquit, regulariter remouentur per exorcismos: maleficia verò dæmonum, & alia mala, quæ nobis inferunt, contra quæ directè non ordinantur exorcismi, nō curantur per exorcismos, nisi rarò. Quintum remedium petitur à misericordiæ operibus satisfactorijs, ieiunio, eleemosina, & oratione: Ieiunio S. Procopius vsus sæpè victoriam contrà dæmones obtinuit: aduersus quos magna est orationis virtus, vt Tobiæ 6. & 8. & Matth. 20. imprimis salutaris est communis Ecclesiæ oratio, deinde priuata Sanctorum hominum: præcipua dignitas, & efficacitas est Symboli Apostolici, & orationis dominicæ, & his proxima est Salutatio Angelica, eiusque iteratio illa ad orarios globulos, quam Rosarium vocamus, & Salue Regina: quibus addas Catholicam Litaniarum recitationem: Eleemosinas verò commendat Canonum auctoritas, sicut & alia duo. Sextum est inuocatio deuota nominis Saluatoris Iesu, vel Christi, vel B. Deiparæ Virginis, vel petita opitulatio ab Angelo custode: cuius gratia varij sunt varij instituti hymni, ac orationes. Septimū est signaculum Sanctæ Crucis, de quo S. Athanasius ait; signum crucis tollit omnem magiam, & Eutichius Patriarca signum crucis vocat telum dæmonibus formidabile. Hoc signo Macharius Patriarcha Antiochenus in Bauaria morbos pepulit: huius signi benedictione Theodorus Archimandrita magi cuiusdam veneficium vitauit. Octauū prebent Sanctorum, qui in cęlis beatitudine perfruuntur æterna, reliquiæ: canendum tamen, vt monet Siluester, ne quas, in hoc cultu Sanctissimo, superstitiosas ceremonias misceamus. Nonū

in

in Ecclesia vetustissimum, & miræ efficacitatis, est aqua benedictione sacra, & solemni ritu ad id instituta, eaque duplex, vna baptismalis in vigilia Paschæ, & Pentecostes consecrari solita, quæ iure canonico comprobatur; altera lustralis, singulis dominicis initio primi sacri consecrata nominatim ad dæmonum impetus reprimendũ, & alia pericula aueruncanda, iam in vsu antè Alexandri primi tempora semper à Catholicis omnibus magno cum fructu retenta, honorataque; ideò D. Theodorus Archimandrita noxias omnes solebat repellere aqua benedicta: etiam morbos à dęmone illatos. Decimũ exhibent remedium res aliæ catholico ritu solitæ benedici ad hunc effectum, vt cereę formæ orbiculares, Agnus Dei vocatæ. Itẽ grana benedicta cerei benedicti; sal benedictũ; & panis benedictus. Inter quæ panis benedictio, tùm ob antiquitatẽ, tùm ob crebra miracula celeberrima sanè uidetur, & ea usi sunt sancti uiri contrà dęmones. Vndecimũ sunt pia scripta, seu amuleta sacra ad collum appensa, uel Symbolum Apostolicum, Initium Sancti Euangelij S. Ioannis, In principio erat, &c.; uel psalmi alicuius particula: Quod remediũ, ut sit licitum, D. Thomas duas exigit conditiones: prima est, vt pijs uerbis nihil superstitiosũ admisceatur; uer. gratia, ut si quis fideret figurę, colorìuè litterarum, uel modo scribendi, uel materiæ paginæ, uel atramenti: secunda cõditio, ut recta sit gerentis intentio, ueluti si pius uerborũ sensus obseruetur, spes uerò in Deũ figatur; idq; fiat uel ad professionem ueræ fidei, uel ob alium pium, ac sanum finem; effectusq; à diuina potentia, sub eius beneplacito, expectetur. Vltimũ accedat pulsatio campanatũ Ecclesiæ catholicę, quam quotidiana experientia docet adeò infestã, & inimicam

micam esse dæmonibus, vt ab ijs excitatæ tempestates, vel ingruentes, vel etiã fulmina impediantur, vel iam ortæ sedentur, & aliò auertantur: cuius rei gratia Presb. Petrus Locatellus tit. S. Cassiani Bergomi, ex diuersis, ac probatis Auctoribus collegit quasdam potentissimas, & efficaces coniurationes ad expellendas, & fugandas aereas tempestates, siue à dæmonibus per se, siue ad nutum maleficarũ excitatæ fuerint: quę editæ fuerunt Brixię apud Petrum Marchettum anno 1604. Circà proposita remedia vnũ Delrius animaduertit; nõ semper Ecclesiastica remedia esse efficacia, neq; semper homines p ea maleficijs liberari: cuius rei duę præcipuè videtur esse rationes: peccatũ maleficio affecti: vel medicinam adhibentis, maxime si ea non vacent superstitione: vel si modicã spem, fidemq; habeant, propter quæ indignos effectu se præstant: altera causa est maius bonum ægroti, seu læsi; cùm ægritudo, & afflictio soleat à multis peccatis homines abstrahere, aut præterita expiare, vel patienti meritum augere.

De Vomitu, ac Vomitorijs. Cap. IIII.

ET quoniã nonnulli Exorcistæ posuerunt falcem in messem medicorum, proponẽtes varia uomitoria, potiones, linimẽta, suffitus, balnea, & alia huiusmodi, quibus sine vlla differentia, ac temerè, artem hanc profitẽtes, utuntur, insigni cũ ægrotantiũ læsione, ac periculo; eapropter, nè in posterũ circà usũ ipsorũ error cõmittatur, ea sigillatim, necnon oĩa alia simplicia medicamẽta, quæ ad ueneficia depellẽda, cùm antiquiores, cùm recẽtiores usurparunt, ad examen reuocare decreui; si tñ prius nonnulla circà unumquodq; remediũ in genere obseruãda pposuero, ac methodũ quãdã

tradi-

tradidero, qua tutò, ac vtiliter adhiberi ægrotantibus possint. Et primo loco de uomitu, ac vomitum cientibus medicamentis uerba faciam. Non est negandum, euacuationem per vomitum factam, multos rebelles, contumaces, ac diuturnos morbos. & quos nec alia remedia superare possunt, sæpius profligare: experientia enim comprobatum est, eos morbos potissimum, qui sedem suam, & causam habent in ventriculo, venis meseraicis, mesenterio, ac in cauis iecoris, ac lienis, purgatione per vomitum facta sanari: superuacaneos enim omnis generis humores ex ipsis fontibus sinceros elicit, & euacuat, quos plerunque, neq; hiera, neque aliud vehementissimum medicamentum ad inferiorem ventrem ducere potest: idcireò omnibus opitulatur affectibus, qui à præcordiorum impuritate ortum accipiunt; omnibusq; capitis affectibus, quià præcordiorum sympathia contracti sunt: necnon ijs etiam, qui in reliquo corpore, ex eorundem viscerum vitio, & effusa impuritate, gignuntur. Nihilominus nostra ętate cum ualidis illis antiquorum vomitorijs medicamentis cautè est agẽdum: tùm quia incõsueta sunt, & sine graui molestia à laborantibus perferri non possunt; tùm etiam quòd robustiores natura requirit vomitio, deiectione ipsa: & multa alia sint animaduertenda; quibus neglectis vomitoria medicamenta periculis plena sunt. Vomitoria non conueniunt omnibus: ijs enim, vt scribunt Galenus, & Oribasius, qui violenter, vel difficulter uomant, non mediocre imminet periculum, ne vas aliquod respirationi deseruiens; vel vena aliqua frangatur, uisus lædatur, uel aliquod aliud incommodum sequatur: ideò Galenus memorię prodidit, eos, qui angustum habent

Lib. quos purg.
Lib. 8. collect. c. 21.
2. aph. com. 1.

thoracem

thoracem, & idcircò compressum pulmonem, ad euomendum esse ineptissimos. Præterea in habẽtibus partes ad abdomen attinentes graciles, vomitus est periculosus. Insuper, cùm ventriculus infirmus est, & totius corporis in se excipit redundantias, vomitus vitãdus est. In sanguinis reiectione, vteri strangulationibus, nauseabundis naturis, & ijs, qui suffocatione vexãtur, & qui ex qualibet occasione capitis dolore affligũtur, qui suffusionẽ suspectã habent, & omnibus oculorũ affectibus, necnon ijs, qui in primis venis copiã crudorũ humorũ habent, vomitus sunt noxij, ac cõtrarij. Hippocrates etiã in purgationibus ventris superioris excipit tabidos, nõ actu tamen tabidos, vt exponit Galenus, sed pronos natura ad tabẽ ipsã eximit, & melancholicos; quoniã humor melancholicus, ob sui grauitatẽ, facilius p ventrẽ inferiorẽ educitur. In vomitu. ẽt cõsiderandũ esse temp⁹ opportunũ, docuit Hip. cũ purgationis æstate magis p superiora; hyeme vero p inferiores vẽtris partes faciẽdas esse in aphorismis dixit. Et quãuis à seipso dissẽtire videatur, cũ libro de salubri diæta, sex brumalibus mẽsib⁹ p vomitiones purgandũ pręcipiat: cui; & Celsus assentitur, vomitũ hyeme vtiliorẽ esse, quã æstate asserens: nulla tamen in dictis ipsi⁹ apparentẽ contradictionẽ esse Galenus ità explicat; quòd quando hyeme in ventriculo generatur pituita; ipsa vomitibus expurgari, & bilis æstate innatans, deorsum trahi debeat: at si vniuersũ corp⁹ sit euacuandum; æstate per superiorem ventrem, hyeme, per inferiorem purgare conueniat, habita ratione regionũ, & locorum, ad quæ natura humores vergunt, & inclinant: quòd si nimis fluant ad aliquam partem, & opus sit eã tueri: ad opposita euellere conducit. Præter tempus, regiones etiã

Aetius ser. 3 c. 9.

Lib. 4. aph. 8. & 9.

Lib. 4. aph. 4.

Com. 15.

calore, frigoreq; distinctæ ad anni tempora, æstimare debent. Et idem de ætatibus sentiendum esse, animaduertit Galenus: & cùm medicamenta quæ ciendi vomitum vim habent, multiplicia sint, varijsq; rationibus vomitum excitent; & ideò omnibus ægrotantibus, ac morbis, æqualiter non conueniunt; eorum differentias, ac proprietates, quantitatemq; conuenientem exhibendã ignorare non debemus. Medicamenta igitur, quæ vomitum excitandi facultatem habent, quædam sunt leuia, ac clementia, alia vehementia, & nonnulla mediocria: inter leuia vomitoria, alia laxant, & molle reddunt os ventriculi, & ad vomitum prosunt: aliqua verò humores aptos reddunt, vt per eos reijciantur: & hæc primæ classis vomitoria, nulla, aut minima naturæ molestia, vomitum concitant; vehementia, ac mediocria vomitum cientia sunt ea, quæ excrementa ad ventriculum attrahendo, ad superiorem partem mouẽt, & propriè vomitoria dicuntur: Quæ si validiora existant, naturæ ipsi vim magnam inferant, vt vomitu vacuent: mediocria verò non ità validè naturę negotium facescunt; sed mitius agunt. Inter lenia vomitoria, quæ os ventriculi laxant, ac molle reddunt, sunt quæcunq; pinguia, & oleagina constant substantia, & tepida adhibentur, vt oleũ oliuarum, ius pulli, aqua lactis, varij cibi, ac diuersæ naturæ in copia ingesti, vinum dulce, aqua hordei, aqua stillatitia camomelli, hordei cremor, & similia. In numero eorum, quæ parant humores, vt vomitu facilius reijci possint, sunt acetum, syrupus acetosus simplex, oxymel simplex, oximel compositum, oxymel styllicitũ, acetum styllicitum, mel rosaceum, mulsa: sed ut hæc mixta cum prioribus exhiberentur, inualuit consue-

Lib. quos purg.

Num. 53
Cap. 7.

suetudo. Ideò Hip. lib. 7. epid. proponit vomitorium ex aqua, aceto, & sale. Galenus 2. de antid. hydreleon, necnon aquam calidam, & acetũ mulsum. E vero meth. laudat mulsam, & ptisanæ cremorem: in secundo ad glauc., in biliosis febribus exquisitis, & simplicibus commendat hydreleon: præterquam enim, quòd vomitũ ciet; obtundit acrimoniam humorum, qui os ventriculi vellicare possent: in tertianis verò nothis, quotidianis, & quartanis magis probat aquam cũ aceto, vel oxymellite. Horũ medicamentorũ ad vomitũ concitantiũ quantitas debet esse multa, à libra vna videlicet ad libras duas, & tres: ità pro vncijs nouem aquæ sinplicis, vel aquæ ordei, & similium possumus accipere vncias tres aceti, vel oxymellis simplicis, oxymellis verò compositi, aceti, uel oxymellis styllitici, etiam binæ vnciæ satis erunt. Inter leuia vomitoria, nonnulli neoterici numerant pennam oleo intinctam, ac digitos in fauces immissos: cùm tamen potius irritamenta quædam, & auxilia ad facilius vomendum sint, quàm vomitoria. Quæ mediocriter vomitum excitant, sunt flores, & semen anethi, semen, & radix atriplicis, semen erucę, semen rapi, radix raphani, radix peponis, semen nasturtij, sem. dauci, radix betonicæ, cnicus, carthanius dictus; quæ decoquantur modò in aqua sola, modò in aqua, & oleo simul; ac propinentur ad mensuram saltem vnius libræ; accipiendo partem vnam horum medicamentorum, & partes decem aquæ simplicis, vel cum oleo mixtæ: & decoquendo, quousque quinta, uel sexta pars absummatur: quibus interdum additur oxymel, vel aliud simile. In hoc genere vomitum cientium, recensentur etiam nitrũ, sal gemmæ, ac sal indum: ideò Galenus proponit

P 2 uomi-

3. de med. fac. par. c. 76. vomitorium ex aphonitro albo in aqua tepida coniecto, cũ modico olei ad myſtri menſurã exhibitum: ex raphani verò radicibus conciſis ad vncias duas acceptis, affuſa mulſa, vel oxymelle, ſuccus exprimitur, tepidus offerendus: huius etiã ſeminis, quod efficaci⁹ ſit ſemiuncia, vel drachmę tres, ſi terantur; & mulſum, vel ſerũ, vel aqua hordei addatur, erit aptum medicamentũ: Qui ſucci raphani vncias tres exhibẽt, vereor ne mediocritatẽ vomitorij excedant. *Dioſcorides ad pituitosã* Lib. 4. cap. 8. vomitionẽ excitandã, *betonicæ radices, ex hydromellite laudat: peponis radix arida*, & trita datur ex aqua mulſa à ſcrupulis duobus ad drachmam vnã. Inter vehementiora vomitũ cientia, recenſetur Elleborum albũ, ſtruthiũ, quæ radicula, & herba lanaria dicitur, thymeleon, balanus myrepſia minor, quæ & glans vnguentaria à Dioſcoride appellatur, lathyris à recentioribus cataputia minor appellata, ricinus, ſiue granũ regiũ, thapſia, ruta agreſtis, ſiue ſylueſtris, radix cępę, naſturtij ſemẽ, Cyclaminis radix, & ſuccus, eupatoriũ Meſue, ſeu gratiola dicta, agaricus, narciſi bulbus, bulbus vomitorius, geniſtæ flores, & ſemen, vrticæ ſemen, aſari folia, & radices; cortices ĩuglãdis arboris ſuccus madeſcentis arefactus, ac tritus, ſparthũ ma⁹, hydrargyrum, & ſtibiũ præparatum, antimonium vulgo dictum, quod fortaſſe inter mediocriã erit numerandum: poſſumus florũ geniſtæ drachmas duas, vel plures exhibere, ex quibus copioſa per vomitum, & interdum etiam per ſeceſſum euacuatio, & excrementorũ diuerſorum colorũ, ac ſaporũ, ſuccedere ſolet: veneficio enim affectis multũ prodeſſe, nonnulli experti ſunt. Vrticæ ſemen tritũ ex aqua mulſa, aut leniẽte iuſculo, & ſaccharo à dimidia drachma ad integrã propinatur. Aſarum

rum primo ventriculum, deinde vicinas, ac etiam abditiores partes ex interuallis purgat, è quibus crassam pituitam, ac bilem æruginosam educit, tutum medicamentum est: præsertim cùm exquisitè non teritur: eius viridia folia exhibentur à quinq; ad octo trita, & affuso, uel hydromellite, vel sero lactis, vel leniente decocto expressa; radix uerò, cuius præcipua vis est, trita datur ex simili liquore à dimidia drachma, ad scrupulos quatuor: maceratur autē in eo ipso liquore à drachma cum dimidia ad tres expressumq; propinatur, coctura eius vis euanescit, quemadmodū, & aliorū omnium ferè, quæ vomitione purgant, tithymallorū succus, binis obulis, in posca sumptis, & cum aqua mulsa, vomitiones mouet ex Dioscoride, & Plinio: spartij flores, & semina, quinis obulis in aqua mulsa pota, purgant per superiora vehemēter, ellebori vice, vt refert Diosc.; seminis lathyris decem, vel duodecim grana à putaminibus delibrata, tusaque, & ouo sorbili deuorata, potenter vomitū cient: ideò vtiliter exhiberi ijs suadet P. And. Matthiolus, qui philtra, deuorarunt, vel alia veneficia; quoniā ea efficaciter expellunt. Hæc medicamenta vi vomitoria valida, & efficaci prædita, si in decocto exhibendę sint, excepto elleboro, & nōnullis alijs vehemētioribus, communiter accipere possumus ad vnciā dimidiam, aquæ verò vncias quattuor, vel quinque, & ipsa calefacta eos macerare, vel leuiter ebullire; si autē succo eorū vti magis placet, exhibeatur ab vncia dimidia vsque ad integram vnciam. Circà vsum horū medicamentorū vomitū excitantiū, Dioclis præceptū quantū fieri potest, seruandū est; vt ea, quæ medicamenti vim habent, quæq; efficacia sunt, nō propinētur, sed familiarib⁹, & præsertim quę cōsuetę

Lib. 4. c. 169.

Lib. 26. c. 8.

Lib. 4. c. 152.

Orib. lib. 8. collect. c. 22.

victus rationis sunt, utamur: quare leuioribus, uel medio in facultate præditis, crebrius utendum esse suaderem; tuta enim, commoda, ac citrà noxā succedet euacuatio, pennis, ac digitis uentriculum irritando, donec euomatur, uel; ut consulit Hippocr. *lib. de morb. mul.* uentriculum anteà fomentis præparando. In morbis uerò, qui suas actiones habent in ipsis accessionibus, uomitoria dare non debemus: tunc enim sua sponte sursum eleuantur humores: in alijs uerò quandocunque cōtigerit. Cùm autem elleborum album, inter ea, quæ uomitum concitant, maximam uim, & efficaciam habeat: uiolentissimum enim excitat uomitum, & suffucationem nonnunquam facere consueuerit, & conuulsionem, quam Hippocr. lethalem iudicat; non est ità passim, & sine discrimine, ut nonnulli faciunt, in quolibet morbo, & ægrotante exhibendum: sed si ægrotantis natura sit ualida, morbus sit diuturnus, contumax, ac penè indomitus, tempus adsit opportunum: & remedia leuiora nihil profuerint, potest elleborus exhiberi: si tamen præcedat, sicut & in usu cuiuscunq; medicamenti uehementer uomitum cientis obseruare debemus, humorum præparatio, sicut docet Galenus: ut crassi attenuentur: tenaces dissecentur: ac uiæ aperiantur: uis enim medicamenti, quæ diuellit, cùm humores affectis membris altius inhærentes excutiat; attenuatis humoribus facilius opus suum absoluit: quod qui negligunt, molestas obeunt purgationes. Tutius ergo erit, ut de illius, qui elleborum est sumpturus, natura, experimentum capiatur, quomodo se habeat ad supernas purgationes, quæ mediocriter prouocant, exhibendæ: qui enim hoc pacto nō purgabitur, nisi præparatus, ad helleborum non est cogen-

Lib. quos purgare.

2. aph. com. 9.

cogendus: præparatur autem uomitu sæpius facto. Plinius etiam præcipit, ut antequam detur elleborus, septem diebus ante præparetur cibis acribus, abstinentia uini; tertio, & quarto die uomitionibus, & pridie cænæ abstinentia: qui etiã prohibet ipsum dari pueris, senibus, mollis, ac fœminei corporis, animiuè, exilibus, & fœminis minus, quàm uiris, causarijs, uel latere, uel faucibus. Et quoniam pollicitus sum unumquodque remedium, cùm simplex, tùm compositum ad ueneficia curanda propositum, ad examen reuocare; isti Exorcistæ mihi sæpius proposuerũt quoddam uomitorium; quod recipit, ellebori albi, hypericonis, ac sacchari rosati, cuiusque drachmã unam cum dimidia, & thuris drachmam dimidiã &c.: in quo uomitorio animaduerto nonnulla; quòd elleborus, si propinandus est, non debet excedere drachmam unam, nec decoqui ad medietatem: cùm superius dictum sit, uomitoria ista leuem sustinere decoctionem: præterea saccharũ rosaceum facta decoctione addi debet, & misceri, non autẽ decoqui. Ego reperio tres rationes exhibendi elleborum tutiores, ac magis probatas: quarum prima est; ut accepta drachma una radicis ellebori electi, & optimi, maceremus ipsam per noctem in ciatho uini albi potentis ad ignem calefacti, & facta colatura, mane tepida, seu calida exhibeatur. Secunda ratio similis huic est: Elleborum ipsum in iure pingui, vel vino dulci, aut leniente decocto, cum cinamomo, & aniso, nocte una macerare: & facta colatura, cum saccharo exhibere. Tertius modus est Galeni, elleborum simpliciter, vel raphanis infixum per diem, ac noctem in aceto mulso macerare & propinare: sic enim leuiter purgare affirmat Galenus. Nonnulli post-

Lib. 25. cap. 50.

Lib. quos pur. opor

quam tribus per interualla vicibus propinarunt ellebori decoctum, iubent aliud medicamentum exhiberi, quod recipit drachmas duas florũ genistæ, & totidẽ hypericonis, marrubij, iuæ, ac rutæ, vt pondus omniũ ascendat ad drachmas decẽ. Circà quod medicamentũ plura errata animaduerte: & primũ est, cùm flores genistæ purgare supernè vehementer, ellebori vice, scribat Diosc. quamuis etiã per secessũ nõnunquã euacuare experiamur; cùm aliud vehementissimũ medicamentũ pro vomitu ciendo ter sit exhibitũ, non debent miseros ęgrotãtes alio satis valido medicamẽto torquere, & euacuare: cùm euacuationes, quæ ad extremũ deducunt, sint periculosæ; reiterateq; , ex validioribus purgantibus, dysenteriam, animi defectus, febres pestilentes, & multa alia grauiora mala facere possint: quòd si in animo habeant, per aluum educere humores peccantes, præmittere debent eorũ coctionẽ, ac præparationẽ: & posteà exhibere ea medicamẽta, quæ dumtaxat per ventrẽ inferiorẽ humores infestantes deturbare possunt. Secundũ erratũ est: quòd cùm flores leuissimã sustineant ebullitionẽ, & ipsi iubeant elixari ad consumptionem medietatis, facultas eorũ euanescet. Tertium considerandũ est, quòd, vel isti cum hoc medicamẽto proponunt euacuare noxios humores, aut eos prępa rare, educere verò non conuenit, priusquam concoquantur, & cum trina, per ellebori assumptionẽ, euacuatio præcesserit, hoc medicamento succos digerere non possunt, cùm diectoria polleat facultate, cùm simul euacuare, ac pręparare nõ sit possibile. Insuper, cùm ingrediẽtia hanc compositionẽ sint ità excellenter calida, & sicca, vt secundũ, ac tertiũ gradum attingant: & à causa calida ortis, naturis biliosis,

Lib. 4. de ma. med. ca.

caliidis morbis

liosis,

liosis, melancholicis, sanguineisq; nec in æstate, & calidis constitutionibus, medicamentũ nõ competit, nec in morbis frigidis, nisi post multũ tempus, tutò propinari potest: cùm, vt plurimum, ex crassis humorib^9^, ac viscidis ipsis fiant; & si febres sint, à validis obstructionibus, & à principio exhibeantur, sua caliditate humores illos crassos, tenacesq; colliquabit, ac fundet: ità vt morbi difficiliores curatu reddantur, & validiores obstructiones fiant. Ideo melius consultũ erit ægrotantibus, si Exorcistæ abstineant ab hisce medicamentis, & medicos cõsulant, qui opportuna adhibebunt remedia, quæ ab Exorcistis, benedictionibus sacris munita, tutò ægros sanare poterunt.

De Balneo. Cap. V.

VT venefici morbi aboleantur, curenturque Exorcistæ proponunt balneum quoddã ex lisciuio, cũ cinere oliuarũ, & aqua fluminis paratũ, in quo ebullierint, ruta, sabina, hypericon, artemisia, verbena, palmachristi, ac aristolochia rotunda: in quo balneo iubent totũ corpus ægrotãtis immergi, & ablui. Quod quidẽ remediũ potius ommittendũ esse, suaderẽ, cùm balnei vsus tot exposcat conditiones; cùm ex parte morbi, & ægrotantis; tùm ex parte balnei, & ministrorũ: vt difficillimũ sit, omnes simul conuenire. Si tamen placeat ipsũ experiri; vt innoxius sit illius vsus, nonnulla sunt animaduertenda; qualis nempè sit morbus, quæ partes sint affectę, qualis ægrotãtis cõstitutio, quænã ætas, qui sexus, qui mores, & an præcepta medicorũ ægrotantes seruaturi sint: morbi tempora, cũ vniuersalia, tùm particularia cõsiderãda, & antequã ingrediatur balneũ ęger, cogitandũ

est

est de totius corporis purgatione: qua peracta, cognoscere modum, & tempus ingrediendi, & insidendi in ipso: quotque diebus vsurpandum sit. Post cuius vsum, nonnulla sunt executioni mandāda. Si itaq; morbus sit calidus, à causisq; calidis ortum ducat, vt febris tertiana, febris synoca, vel ardens, uisceris alicuius inflammatio, febris hectica, vel insignes adsint obstructiones; non conuenit huiusmodi balneum; cùm egregiam vim ex calefaciendi, & exiccandi habeat: paratur enim ex lisciuio, & simplicibus strenuè calefacientibus, & siccantibus. In quolibet etiam grauissimo, & acutissimo morbo, non sine discrimine ægrotantium, balneum quodcunque, etiam ex aqua simplici, adhibetur; cùm vires imbecilles reddantur, & cibo paucissimi nutrimenti vesci cogantur: præsertim verò, si ægrotans calidum, & siccum iecur habeat; vel cum eo etiam totum temperamentū, vel melancholici, ac gracilis sit habitus: aut viscus aliquod, vt iecur, uentriculum, pulmonem, renes, mesenterium habeat imbecille, balnei vsus erit noxius: sua enim caliditate, & siccitate augeret intemperiem calidam, & membra languidiora redderet. Insuper, qui in primis venis crudorū humorum copiam habent, non sunt ad balneum admittendi: sua enim calida, ac digerente facultate humores funderet, ac intra venas traheret: ex quo obstructiones, & alia mala emanarent. Qui vires imbecilles, ac languidas habent; qui cibum fastidiunt, & malā habent in ventriculo affectionem; nausea affecti, biliosa eructantes: si è naribus sanguis copiosè fluat, si alui fluuore torqueantur, uel aluum nimis astrictam habeant, balneum est vitandum. Infantes, ac pueri difficile; deinde mulieres; posteà, qui delicatam temperiem sunt

sortiti,

sortiti, vim huius balnei perferre non poterunt: difficillimè verò omnium senes, ob humorum paucitatem, & multam spirituum resolutionem. Nec quolibet tempore balnei vsus est idone⁹; vbi enim aer pestilenti aliqua qualitate sit affectus, maximè nocet balneum: in vehementioribus frigoribus, & anni tempore æstiuo, æquè fugiendũ est: nam hyeme dissoluti, qui anteà quiescebant, humores; dùm inter digerendum, à contrario anni temporis impetu in incautos validius irruit, inuaditq; frigus: necessariò in aliquam impelluntur partem: ac morbum procreantes, grauiter homines offendunt. Estate verò media, cùm iam ardor viget, & calor ad externa propensus fertur; balnei vsu, reliquum quod est caloris, dissipatur, internæq; facultates debiliores fiunt. Neq; balneum assumendum est post assumptum cibum, vel adhuc nõ concoctum: corpus enim crudis humoribus repletur: nec post longiorem inediam; quia vires nimis diminuerentur: minusquè imperandum est balneum, nisi prius corpus expurgatum pharmaco exactè fuerit: cùm balneum subtiliores humores tantum euacuet, crassiores verò eliquet, & fundat per vniuersum corpus, vel obduret. Calida tamen balnea, quæ ex nostra industria parantur, commoda sunt; cùm frigiditatem infestantem sedare, aut lassitudinis affectum, aut conuulsionem, aut dolorem mitigare volumus: & nonnullis alijs affectibus frigidis conuenire possunt: tunc verò comparandæ sunt simul, qualitas balnei, & partes corporis: nam si aliqua pars, vt iecur, vel renes, reperiatur, cui, vel quibus balneũ obesse possit, præmuniri debent aliquo linimento, aut cerato: vt, cum vnguento rosaceo infrigidante, sandalino, uel alijs paratis, cum succo cicorij,

rij, epaticæ, aceto, & similibus. Quòd si ad balnei vsum, super enarratæ conditiones reperiantur; non debet æger se in ipsum præcipitare; sed sensim, ac sensim descendere; vt prius inferat pedes, mox crura, posteà paulatim corpus totum vsque ad ceruicem; obseruando, vt caput tectum habeat, ne à balnei vaporibus repleatur: vt aqua pariter quiescat: cùmq; in ipso fuerit æger, consistat; cùm enim mouetur æger, & aqua agitatur, magis mordicãdo horrores fiunt: ad quos sequuntur cõtractio ipsius cutis, & meatuũ coangustatio, & capitis dolor, ex copia vaporum, qui sursum eleuantur: aqua verò sit calida actu; non tamen vsq; adeò, vt sudorem prouocet copiosũ, vel rigorẽ inducat, vel animi defectũ: quę caliditas moderanda erit habita ratione tẽporis, morbi ætatis, & corporis temperamẽti. Mora in balneo esse debet longa, vel breuis, habita superiori animaduersione, ad aquæ facultatẽ, ad morbũ, ætatẽ, habitũ, vires, & similia. Quòd si exorcistæ de numero dierũ nõ meminerint, quot scilicet diebus æger vti debeat balneo: ij sunt à medico statuendi, qui semper ad iã enarrata respiciet. Iã vero, si in balneo aliquod accidens superueniat, vt ardor uiscerũ, & toti⁹ corporis, sudor copiosus, animi defectus, dolor capitis, uigilię immoderatæ, ac similia: omittendũ erit balneũ, & symptomata curãda. E balneo egressus æger, per ministros abstergatur, & ad cũbiculũ benè tectus accedat; & si sudor emanet, abstergatur leni linteolo: & si lassitudinẽ percipiat; post aliquã morã dormiat; nec cibũ statim post balneũ sumat; sed cũ balnei calor cessauerit, & per totum corpus quietem percipiat: vel, vt dicit Galenus, sedata, quę est à balneo, perturbatione: cibus enim, vel potus, q protinus sumitur, caput replet, superfluitat,

Lib. 1. acut. com. 55.

ad

ad osq; ventriculi ascendit; necnon crudus ad circumferentiam, & totum corpus trahitur.

De Suffumigijs. Cap. VI.

SVffumigationem in religione nostra præcipuũ habuisse locum, sacræ testantur litterę. In Exodo enim præcepit Dominus Moisi, ut sumptis nõnullis aromatibus, faceret suffimentũ, Thymiama dictũ: quod in pollinem redactum, poneret corã tabernaculo testamẽti: rogauitq; Salamon Hierã regẽ, ut illi opitularetur ad construendã domũ nomini Domini Dei, in qua adolere th⁹ corã illo, & aromata fumigare posset. Nec dæmones Dij gentiũ hoc honore carere uoluerunt; in maximo enim usu fuisse suffitus apud Idolorũ cultores apertum est: nã cùm Tyranni Christi sectatores cogere uellent ad amplectẽdã illorũ falsã religionẽ, proponebant illis, ut thus Dijs suis sacrificarent: & propterea fumigationes apud eos, qui magicis incantationibus operam dare consueuerunt, usu ualuerunt: ut ex illis Virgilianis uerbis, inter cętera, cõstare potest, quæ leguntur in Pharmaceutria hoc modo.

Effer aquam, & molli cinge hæc altaria vitta.
Verbenasq; adole pingues, et mascula thura.

Et rursus ex illis.

Sparge molam, et fragileis incende bitumine
Lauros.

Suffimigia etiã usurparũt Medici antiquiores, ut Hippocr. testimonio cõstat, ꝗ iubet Phymiamata ad fugãdã pestilẽtiã, ex reb⁹ odoratis, parãda esse. Hinc illa apud Priscos emanarũt pro fumigij alimẽto, laur⁹, iuniper⁹, rosmarin⁹, saluia th⁹, mirrha, mastix, therebẽtina, myrtus, rosa, sãdali, cãphora,

cortices

cortices pomorum, cupressus, cedrus, lignũ aloè, aqua rosacea, acetum, vinum odoratum, atq; alia sexcenta; hinc innumeræ reperiuntur suffituum compositiones; & præsertim apud Aetium, in fine suorum sermonum. Suffimigatio ad multa vtilis est: membra enim præcipua, ac cor potissimum, si ex aromatibus sit parata, corroborat, humores crassos, ac frigidos thoracis extenuat, ac ad expulsionem aptos reddit, si ex conuenienti materia paretur; eosque paratos purgat, & educit. Ideo Antyllus medicus, referrente Oribasio, pro anhelosis, & erecta ceruice spirantibus: & posteriores in antiqua tussi, quæ alijs remedijs non cedit, in vlceribus faucium, gargareonis, ac palati, in empiernate, in rebelli, ac firmata lue venerea, potissimum si ex maligniori materia paretur, in discutiendis pituotosis articulorum tumoribus, ac in roborandis musculis, ac neruis pituita imbutis, & laxioribus factis; ac in multis alijs affectibus eam commendant. Nostri etiam Exorcistæ, ad depellenda veneficia, eijciendosq; spiritus malos corpora obsidentes, suffumigia experiuntur: alij odorata fœtidis miscentes, thus, myrrham, styracem, laudanum, garyophilos, muscum, & galbanum accipiunt; nonnulli ingrati odoris dumtaxat, galbanum, sulphur, asam fætidam, aristolochiam, hypericonem, & rutam vsurpant, nullam habentes morborum, ætatum, ac temporum distinctionem. Aetius habet quoddam suffimentũ, Berenices dictum, quod, ex aliorum sententia, immundos spiritus arcere scribit. Et quoniam hæc omnia calida sunt, & calidi natura est ascendere: propterea ad caput ascendunt, & secum alios vapores adducunt, qui simul caput implentes, ipsius grauitatem faciunt: præterquam quod, & sua

Ser. 16. ca. 122.

L. 8. collect. cap. 12.

Ser. 13. cap. 199.

ſua caliditate inflammationem progignere, & humores frigidos fundendo, epilepſiam, apoplexiam, conuulſionem, & alios graues morbos excitare poſſent. Ideò cautè cum his eſt agendum: & niſi corpus, & caput prius purgatum fuerit, tutò ipſa adhiberi non poſſunt. Tempus vtendi erit de mane, cùm uentriculus à cibo erit uacuus.

De Linimentis, ac Olei vſu. Cap. VII.

SVperioribus propoſitis remedijs Exorciſtæ addunt linimentum oculis, fronti, auribus, pectori, cordi, ac nonnullis alijs partibus adhibendum; quod ex ſimplici oleo oliuarum, uel ex cōpoſito, ex ruta, ſaluia, anetho, & alijs ſimilibus paratur: ſi oleum ſit ſimplex, animaduertendum eſſet, an ipſum ſit ex oliuis maturis, an acerbis cōfectum, an nouum ſit, uel uetus: & qualis ſit morbus, pro cuius abolitione adhibetur: nam ſi morbus eſſet ſummè calidus, uitandum eſſet oleum uetus, & multo magis compoſitum: ſua enim caliditate, & ex frequenti uſu, augere affectum poſſet: & ipſius loco, recens, & quam dulciſſimum adhibere, rationi eſſet conſentaneum; & etiam lotum, ſi expediret; ità enim exueret omnem acrimoniam. Quod ſi affectus ſit frigidus, uel à cauſa frigida ortus; tutius eſt uti oleo antiquiori, & clariori; oleum ex oliuis immaturis, omphacinum appellatum, niſi in ſudoribus diaphoreticis, & cardiaca paſſione, conueniens eſt: in alijs uerò affectibus, ob ſuam aſtrictionem uitari debet. Nec ſolùm pro linimento oleum commēdant; uerum etiam pro potu: quem quidem in aliquibus caſibus proficuum eſſe, & in pluribus

tutò

tutò adhiberi posse arbitror, habita superiori distinctione. In dolore superioris uentris oleũ simplex bibendum dabat Galenus, uel aqua temperatum: & si opus esset, non solum uomitum irritare; sed & uentrem molliorem facere: oleum commendat: cùm enim oleum dulce in caliditate sit symmetrum: & cum natura nostra familiaritatem habens; non solum ægris; uerumetiam & sanis conuenit; ut nos docuit Galenus: & si ægrotans esset puer ablactatus; cùm frequenter à lumbricis infestentur, tutius, ac citius illi propinandũ erit oleum: cùm ex sententia Aristotelis, ac Galeni, oleo insecta necentur, & id quotidie experiamur.

6. epid. com. 6. p. ad glauc. c. 14. l. de rem. affec. dig. ca 6. de cogn., curan. In anim. affect. c. 9. & 2. simpl.

De simplicibus, ac nonnullis compositis medicamentis sua facultate veneficia curantibus, ac dæmones expellentibus, quorum medicamentorum manifestæ etiam qualitates explicantur. Cap. VIII.

ANtequam ad particularem curationem descendam, operæ pretium esse duxi illa recensere simplicia medicamenta, quæ ueneficijs aduersari creditum est: necnon illorum facultates explicare: ut habita medicamentorum sylua, unusquisque facilius, pro uarietate morborum, ac ægrotantium, diuersa etiam seligere medicamẽta possit. Et ut à ruta initium sumam, huic peculiarem inesse facultatem ad depellenda ueneficia existimat in Problematibus Aristoteles, ubi huius rei causam quærit: necnon Plinius ad eadem præcauenda eius succo perunctis, vel eam habentibus plurimum ualere credidit. Nostri etiã Exorcistæ,

20. prob. 34.

ut

ut dæmones prodantur. & etiã expellantur, passim ruta utuntur. Domesticã rutam tertio excessu calefacere scribit Galenus; ex quo vim habet incidendi, digerendi, prouocandi, ac flatus potenter expellendi: & teste Dioscoride, aduersus venena valet. Inter hypericum, perforatam, vulgò dictã, ac dæmones tanta videtur antipathia: vt eius suffitu frequenter recedant: quare nostri fugã dæmonũ appellant cuius facultas manifesta est, calefacere, & siccare, cum tenuitate partium. Verbenacam, seu verbenam, & berbenam dictam, ab antiquioribus herbam sacram nuncupatam fuisse testatur Dioscorides; eò quòd multum ad amuleta, expiationesq; commendaretur: de qua etiã Plinius scribit; magos ex ea febres abigere; amicitias conciliare, nulliq; morbo nõ mederi; hanc valenter deficcare, ac discutere, & perfectè corroborare ait Galenus: ideo Archigenes referẽte Aetio: ipsũ capillos fluentes sistere, radicis decoctum dentiũ dolorẽ sedare, colicis, epilepticis, quotidianarijs, ac quartanarijs, podagræ, ac ischiæ succurrere arbitratus est. Herbæ paridis semen cõtrà veneficia prę stantissimum esse medicamentũ asserit Pandectarius: ita, vt quidam semistulti facti, hoc semine ad vigesimũ vsq; diẽ in puluere hausto drachmæ pondere, pristinæ sanitati fuerint restituti: ideo quantitas à quodam exorcista proposita, nec vnica vice tantum exhibita, sufficiens est. Antirrhinum, vel lychnisagriam, seu anorochinum dictũ, si quis appensum gestet; nullo malo medicamento, aut veneno lædi posse, Diosc. ac Plinius tradunt: eam adeo scorpionibus infensam recenset Matthiolus, vt ipsa visa, torpescant. Artemisiam secum habentibus, mala medicamenta nocere nõ posse scribit Auctor. libro simpliciũ, qui inter

Lib. 8. simpl. med.

Lib. 4. ca. 56.

8. simpl. & 2. de comp. med. loc.

Lib. 4. ca. 129. Lib. 28. c. 10.

spurios Galeni relatus est: ex cuius etiam senten-
tia vteri affectibus mirum in modum prodest.
Abrotonum etiam esse efficacissimam herbã ad-
uersus omnia veneficia, quibus coitus inhibea-
Lib. 21. c. 21. tur, testatur Plinius, quam quidem excalefacere,
ac siccare excessu tertio, sentiunt Græci auctores:
quamuis minorē caliditatē, ac siccitatem Auicen-
na illi ascribat. Ijs, qui quotidie betonicã gustant,
nulla nocitura mala medicamenta, ex aliorũ sen-
Lib. 25. ca. 10. tentia, refert Plinius. Molym, rutam syluestrem à
l. 7. simpl. Galeno dictam: contrà summa veneficia ab Ho-
Lib. 25. ca. 4. mero demonstratam esse idē Plinius scribit; quæ
quidem est tenuium partiũ, ac calida excessu ter-
tio. Præterea mithridation, scorditem, centaureũ,
& complures alias herbas aduersus magicas artes
pollere auctor est Plinius. Gagatis lapidis suffitu,
depræhendi sonticum morbum, recreariq; vteri
Lib. 25. c. 10. strungulatus, scriptis tradiderũt Dioscor. & Plin.
Sonticum morbum veteres appellabant illũ, qui
Lib. 5. c. 103. ità grauis est, vt functiones consuetas impediat.
Lib. 36. c. 19. Ideo Mesue habet oleum quoddam ex gagate, sa-
cratum dictum, quod dæmoniacis, epilepticis, ab
Lib. 3. de Antid. ca. 1. vteroq; suffocatis saluberrimum esse, ait. Sulphur
habuisse in religionibus locum ad expiandas suffi
tu domos, Plinius testatur: quod quidē sulphur
Lib. 35. c. 15. calefacit cum tenuitate partiũ; suffitu lethargicos
excitat, & comitiales depræhendit. Multa alia lau
Diosc. li. 5. c. 83. dantur à recentioribus pro curandis ueneficijs,
depellendisq; spiritibus malis, vt sabina, palma
Christi, aristolochia, asteratticus, tussilago, pæo-
nia, saluia, anethum, marrubium, chamæpitys, cy-
clamen, allium, sclarea, fęniculum, laurus, galega,
ac cupressus. Sabina calefacit, & siccat ordine ter-
tio, cum partium tenuitate; palmæchristi radices,
ex Matthiolo, maniacis datæ, magno sunt iuua-
mento

mento: & seminis drachmã vnã in vino propinatã, neruorum affectibus auxiliari, addit Nicolaus Florentinus, radicis decoctum etiã epilepsiam, & multò magis quartanã curare. Aristolochiã, quã Galenus calidã, ac siccã statuit, venenis resistere, Diosc. & contra serpẽtes valere Plinius; Comitialibus, & conuulsis, & alijs huiusmodi prodesse, Galenus, tradiderunt. Asteraticus, bubonion, & inguinalis dicta, mixtæ facultatis est, vt rosa: refrigerat. n. paulisper, digerit, & exiccat: & hac nõ solũ illita; sed & suspensa bubones sanare, & aduersus serpentes valere creditur. Tussilaginis, farfaræ nũcupatæ. folia uirentia, refrigerare, & humectare; sicca verò calefacere; tusses, ac orthopnoeas, abscessumq; thoracis ruptionẽ iuuare, nõ est dubitãdũ. Peoniæ vniuersũ temperamentũ esse tenuium partiũ, & exiccatoriũ, & in caliditate, aut symmetriũ, aut paulò calidius: necnõ ẽt alligatã puerorũ epilepsiã curare asserit Galenus, eiusq; grana quindecim in aqua mulsa, aut uino pota suppressionib⁹ nocturnis, vuluę strãgulationib⁹ auxiliari, auctor est Dioscor. Saluia manifestè calefacit, & leuiter astringit; & aduers⁹ scorpiones, ac serpẽtes efficax est: necnõ ad oẽs frigidos capitis affectus, vt oẽs praxim exercẽtes sciunt. Anethũ calidũ, & siccũ temperamentũ habet, vrinã prouocat, ac dolorib⁹ internis, ex frigore, succurrit. Marrubiũ, seu prassiũ excalefacit excessu secũdo, & desiccat tertio; & ijs, qui venena hauserunt, aut à serpẽtib⁹ demorsi sunt, præter alia, auxiliatur. chamæ pytis, quæ iua dicitur, easdẽ primas possidet qualitates, & ad iecoris, ac cerebri affect⁹ frigidos efficax est. Cyclaminus calefacit, & siccat ordine tertio. Alliũ excessu quarto. Fęniculũ mai⁹ calefacit, min⁹ verò exsiccato Lauri folia, & fruct⁹ desiccant, ac calefaciunt

6. simpl. Plin. li. 27. ca. 5.

Lib. 6. simpl.

Lib. 3. ca. 40.

vehemẽter: p.⁹ ẽt fruct⁹, quã folia. Galegæ, rutę, caprariæ dictæ, uis maxima ineſt aduers⁹ peſtilẽtiã, ac lethalia medicamẽta, comitialẽ morbũ, ac lũbricos enecãdos. Cupreſſus verò refrigerat, & adſtringit, ac ſiccãdi vim habet, vti tradunt Dioſcor. & Gale.⁹ Inter ea, quę pro ſuffumigijs vſurpãtur,

Lib. 1. c. 86. l. 7. ſim. pl.

Thus excalefacit ordine ſecundo, deſiccat primo; fugat triſtitiã, & cor lætificat, cõuenitq; omnibus eius affectibus. Myrra excalefacit, & ſiccat exceſſu ſecundo; prodeſt quartanarijs, & ponitur in antidotis, quę pro ictibus venenoſis animaliũ, & peſtilẽtia, parãtur. Galbanũ vim calefaciẽdi ordine ſecũdo cõpleto, & ſiccãdi in fine primi, aduerſatur toxicis & comitiales, uuluę ſtrãgulationes, vertiginoſoſq; olfactu ſuſcitat. Ladanũ calefacit exceſſu primo cõpleto, habẽs paululũ aſtrictionis. Caryophyllum calefacit, & ſiccat ordine tertio. Moſcus verò in tertio ſiccat, & in ſecundo calefacit cor frigidum, ac tremulum roborans; ità vt omnia, quæ pro ſuffitu aſſumuntur, vt ſtyrax, pix, & alia nonnulla calida facultate ſint prædita.

Quomodo res naturales, ac ſenſibiles agere poſſint in ſpiritus malos. Cap. VIIII.

CVm ex auctoritate medicorũ cũ antiquorũ, tũ recentiorũ, Exorciſtarumq;, nõnulla ſint medicamẽta, vt in ſuperiori explicatũ eſt capite; quæ nõ ſolũ veneficijs medẽtur, verumetiã ſpiri⁹ malos eijciunt; meritò dubitari poteſt (vt alias etiã à doctiſſimis viris fuit dubitatũ,) qua ratione res iſtę naturales, ac sẽſibiles vim habere poſſint in dęmones; cũ res corporeę in ſpiritũ natura agere nõ poſſint: & cũ morbi venefici ſint ab agẽte nõ phyſico; nec niſi ab auxilijs nõ phyſicis profligari poſſint: & tñ in ſacris voluminibus ſcriptũ ſit. Cordis, ſeu

Tob. ca. 6 & 8.

iecoris

iecoris particulã cuiusdã piscis super carbones positã, suo fumo extricare omne gen⁹ dæmoniorũ: & ꝙ Dauidis melodia expellebat spiritũ malũ à Saule: & Ioseph⁹ testetur, in exercitu Titi fuisse quẽdã, qui ꝑ lapidẽ anuli dæmones expellebat à corporib⁹ obsessis; & aliũ exorcistã se profitentẽ, qui, se præsẽte eiecit dæmonẽ, cuiusdã herbæ radice supposita naribus obsessi. Hieronym⁹ ẽt Cardan⁹ refert, Panaceũ quendã medicũ, exhibito medicamẽto, vt superi⁹ dictũ est, phiiatrũ dæmoniacũ sanasse. Quòd si res istæ exteriores cõtra huiusmodi morbos nihil proficerẽt, sacri Canones nõ cõcederẽt, vt energumeni, seu, vt ipsi loquuntur, dæmoniũ sustinẽtes, possẽt habere, sine incãtatione, lapides, ac herbas: quę tñ funt D. Hieronymi sẽtẽtia. Ad hãc difficilẽ quæstionẽ Richardus de Mediauilla ità respondet: & si res sẽsibiles, vt herbæ armonia, & alię similes, sua naturali uirtute omninò reijcere vexationẽ illatã à dæmone ipsi homini, nõ possint: eam tñ mitiorẽ, ac mitiorẽ reddere posse; itàut, si molestia, quę à dæmone infertur, fit parua, ac leuis: eã res exteriores penitus auferre possint; nõ in dæmonẽ, sed in dæmoniacũ agẽdo; cùm ex rebus illis adhibitis opposita introducatur dispositio illi, quã dæmon immisit. Alij dubitationẽ propositã aliter sic explicãt: quod, quæcunque fiunt circa corpora obsessa, dæmones in suã despectionẽ, ac ludibriũ recipiunt; & potissimũ, vbi sunt irrisiua, seu afflictiua; vt sunt fœtida, amara, & alia huiusmodi: vt hac ratione quodãmodo cogantur ad fugã, & à molestia inferrenda desistant. Tertia respõsio est, ꝙ cũ ista interdũ sint signa, & afflictiuorũ ingerant memoriã: sicut sulphur cũ igne, monumentũ est carceris infernalis, & ruta amari cruciatus Christi, ac Sanctæ Crucis, cui⁹ formã in omni

Lib. 8. antiquit. ca. 6.

26. q. 7.

In 3 quolib. q. 8.

ni

ni sua parte repræsentat; & thus in igne posit⁹, orationes, ex charitate prodeũtes: quæ oĩa dæmones valdè abhorrẽt, ac detestãtur: hinc est, vt eos ẽt in fugã vertãt, & expellãt. Ioãnes de Rupescissa lib. 2. de quinta essẽtia cap. 9. ex sentẽtia D. Augustini in libro de spiritu, & anima ità dirimit hanc litẽ; quòd Deus concreauit in spiritib⁹ Angelis, ac spiritu humano quandã potẽtiã sensitiuã, nõ carnalẽ, sed spiritualẽ, p quã subijciuntur passionib⁹ rerũ corporaliũ, & actioni ignis infernalis. *Vltima* ambiguitatis expositio, & veritati magis consona est, ꝙ si res illæ piè, ac deuotè adhibeãtur, tanquã instrumentũ diuinæ iustitiæ, in dæmones agunt; illosq; ab humanis corporibus detrudunt: necnõ eorũ effectus, operaq; venefica destruũt, ac remouẽt: quibusdã .n. rebus Deus indidit vim ac facultatẽ quãdã dęmones cõpellẽdi, & eijciẽdi, ac energumenos iuuãdi: cũ cõueniat iustitiæ diuinæ, pro infligẽda malis spiritib⁹ pœna eos actionib⁹ rerũ sẽsibiliũ subijcere: qua pęna, dẽpta priuatione diuinæ visionis, nulla maior eis infligi põt. Debẽt tñ res istæ, antequã adhibeãtur, benedici, ac exorcizari: precib⁹ .n. additur nõ exigua ꝓprię virtuti energia, ob Christi, Sãctorũq; merita: alioqui hi spiritus in exitu magis nocere possent, ut sæpè faciunt.

De cura sterilitatis, ac coeundi impotentiæ ex maleficio. Cap. X.

QVamquã ex tradita vniuersali ratione curãdi veneficos morbos, sterilitas, ac veneris impotentia curari possint: tñ, cũ inter veneficia hæc sint magis frequẽtia, & ex ipsis multa, ac magna sequãtur mala; rẽ vtilẽ me factũrũ esse existimaui, si horũ veneficiorũ peculiarẽ ẽt traderẽ curationẽ; quę in remedijs cũ diuinis, tũ humanis, & ex aliquali industria

dustria nostra pe.fici poterit. Quò ad diuina auxilia, cũ sæpenumero, ac ferè sẽper inferãtur huiusscemodi veneficia his, qui Dei gratia destituti sũt, ex matrimonij abusu pessimo; Isaac inter Arabes medic⁹ præstãtissim.⁹ hortatur cõiuges, ut peracta peccatorũ suorũ cõfessione, sacratissimũ Iesu Christi corpus sumant reuerẽter, & præsertim diebus solenniotibus, vt in vtroq; Paschate, in Ascensione Domini, ac similibus; & posteà dent ad inuicẽ oscula pacis, & Sacerdos illis benedicat: & post quã triduo sese à venere abstinuerint, debitũ cõiugale persoluant: Quod & Hinemarus Archiepiscopus Rhenensis solitus erat suadere: nã si per sortiarias, inquit, aut maleficas occulto, sed nũquã iniusto Dei iuditio permittente, & diabolo præparante, concubitus nõ sequitur, hortandi sunt illi, vt corde cõtrito, & spiritu humiliato Deo, ac Sacerdoti de omnibus peccatis suis purã faciant cõfessionẽ, & ꝓfusis lachrymis. Quòd si occulto Dei iudicio, vel ex aliqua cõiugũ culpa ueneficiũ non soluatur; orationibus sedulis, ieiunijs, ac alijs suprascriptis operibus pijs uacare debent: nimirũ ad sacrificia sæpius confugiant, peregrè proficiscãtur, ac Sanctissimæ Virginis, vel aliquorũ Sanctorũ limina visitent, frequenterq; peccata Sacerdoti cõfiteantur, ac sacra uescantur Eucharistia, & exorcismis ab Ecclesia huic rei peculiariter dicatis, religiose vtãtur. Interim poterunt, & remedia medica experiri. Ideo si manifesta qualitas in maleficio appareat, pharmacis aduersus eã operantibus, benedictione munitis, tutò, ac vtiliter vti poterunt. Quòd si nulla maleficij causa manifesta innotescat: nõnulla recẽsentur ab auctoribus remedia, quæ non nisi occulta, ac ignota facultate eos iuuare possunt. Ideo Cleopatra medicus scriptis

tra-

tradidit, quod fel ceruinum cum oleo sesamino mistum, si ex eo uniuersum corpus liniatur, ligatos adiuuat. Isaac etiam testatur, si coniuges fel alicuius piscis, & maxime saringeri, uel satigri Sangarini vulgo dicti, secum habuerint in paropside, seu pyxide iuniperi, & ex eo antequam somnum capiant, suprà carbones posito fumigetur, omnia ueneficia euanescent. Nicolaus Florentinus laudat theriacam cum succo hypericonis exhibitam, & hypericon ad formam emplastri renibus appositum. Ioannes de Vigo ait, quod picus auis assata, vel elixata, si comedatur, habet vim soluendi maleficiatos: alij volunt abrotonum oleo illitum, & cum vino sumptum, non parum prodesse; quod à Plinio acceperunt. Superiores Auctores, & alia proponunt remedia; quæ quoniam specie superstitionis haud carent, silentio inuoluere volui. Tandem instrumenta ueneficij diligenter perquirenda sunt, & in puluinaribus, in indumentis, in liminibus, & etiam puteis: & inuenta statim igne benedicto comburenda sunt, omnia indumenta, cubile, & etiam domus, si fieri possit, mutanda sunt: & quandoq; propria Ciuitas deserenda; quinimò iuuat plurimum, peregrè proficisci. Et si malefica innotescat, muneribus, ac precibus est roganda, vt soluat veneficium, nō quidem alio ueneficio, sed ablato fœdere inter ipsam, ac dæmonem inito, ac signo maleficij destructo. Complures alij venefici morbi, ijsdem ferè remedijs, ac alijs relatis in cura vniuersali, aboleri poterunt; quæ prudens Exorcista, ac medicus adhibere poterunt.

FINIS.

Psal. 113. *Non nobis Domine, sed nomini tuo da gloriam.*

INDEX

RERVM NOTABILIVM

QVAE HOC OPERE

Continentur.

A

Abacuc à Iudęa in Babylonem delatus. pag. 164
Abortus in mulieribus, ac brutis facere veneficos. 141
Abrotonum efficax est aduersus veneficia coitum inhibentia. 242
Accademicorum, Platonisque laudes. 15
Accidentia quibus veneficio affecti cognoſcũtur. 183
Adrianus Sextus deteſtatus ſectam maleficiam, aduerſus quam pęnas ſtatuit. 10
Aeties lapis veneficiorum amuletum. 198
Agathenſe concilium maleficas eſſe perquirendas ſtatuit. 7
Alexander Sextus aduerſus galliæ ciſalpinæ veneficos conſtitutionem edidit. 9
Alexander Trallianus incãtationibus morbos ſanari experientia cognouit. 35
Alzarauius de melancholia à dęmonio, ac dæmoniacis agit. 38
Alyſum amuletũm aduerſus veneficia. 197
Amorem non eſſe morbum diuinum probat Galenus. 30
Amoris origo à viſu naſcit. 64
Amantium ſi mira vis: & natura. 64. & 65
Amoris cauſſa non amantium intũitui, ſed ad animi libidinem eſt referenda. 74
Amaſis rex impotens factus ex veneficio. 139
Eiuſque curatio ibid.
Amorem dæmones vel per ſe vel per maleficos indu-

à Baleno abstinendum si aliquod superueniat accidens. 136
Betonica noturnas ambulationes à maleficijs custodit. 199
Breuibus quomodo vtendum pro venefico affectis. 215
Buphthalmo dęmones, ac venefica demoliuntur. 166
Bythias fęminas visu effascinare, ac interimere. 63
Bythiæ fœminæ qua ratione mala inferant. 71

C

Canonica iura ex quibus depromantur. 7
ex Canonicis iuribus veneficia probantur. 8
Canones sacros plurimi esse faciendos. 8
Caietanus qui dicatur malefici, & eorum peccata aperit. 15
Capitis dolor folio quoddam cum incantatione curatur 204
Capilli fluere possunt ex veneficio. 38
Cæli, siderumque obseruatione veneficia perfici. 92
Cęlestia corpora quas habeant in animantia virtutes. 93
à Cælo, cælestibusue corporibus, ac eorum obseruatione venefica emanare non possunt. 94
Cæli configurationes, ac motus ad vitia, ac virtutes homines propensos reddunt. 94
à Cælestibus corporibus nullum malum emanare potest. 95
Cęlestia corpora, ac eorum influxus sunt communes caussæ, ne alicui particulari influunt. 96
ex Cælestium corporum obseruationibus, ac constellationibus qui nam effectus pręcognosci possunt. 97
Cælestia corpora in dæmones agere non possunt. 98
Cæsaris pugna in Thessalia à sacerdote ethnico absente eodem tempore cognita. 154
Caussæ internæ veneficorum. 122
Caninam infamiam non esse apparentem trasmutationem in lupi formam, & ab ea differre. 150
Cati qui videntur circa corpora maleficarum extra se positarum sunt dęmones. 158
Catchitis lapis contra fascinum

finum. 192
Cãcer incãtationibus mortificatur. 203
Causa cur intuitu venefici lædunt cui referẽda. 65. & 66
Cerata dæmoniaca morbos excitare, & esse signa. 119
Cereis imaginibus ad amorem malefici abutuntur. 144
Centuariam aduersus magicas artes pollet. 198
characteres astrologici nullam vim sortiuntur à cœlestibus corporibus. 122
Christus permisit se à dæmone per aera portari. 164
Chrysanthemenon veneficas, ac fascinationes auertit. 198
Chamæleontis iecur amatoria dissoluit. 199
Chamepitys valet contra veneficia. 243
Causæ præcipuæ tres ob quas Deus dæmones corpora hominum obsidere permittit. 175
Cham Noe patrem ligauit ne gigneret. 40
Circe socios Vlyssis in bestias transformauit. 45
Et qua ratione id effecerit. 151
Circe Picum regem in auẽ mutauit. 151
Clauicula Salomonis in detestandos vsus 144
Conciliorũ auctoritas plurimi facienda. 6
Conc. Libertinum maleficis sacram interdicit cõmunionem. 6
Conc. Laodicenum maleficos clericos ab ecclesia proijcit. 7
Conc. Carthaginense incãtatores à conuentu Ecclesiæ separat. 7
Conc. Ancyranum maleficos à parochijs eliminat. 7
Conc. Agathense veneficas perquirendas statuit. 7
ex Cõcilijs veneficia probantur. 6
Conceptionem quorum adiuuent vel impediant. 38
Coloris natura quæ. 66
ad Cõuentum sathanicum transferri maleficas esse quarundam melancholicorum somnia. 100
Contrarium vero probatur. 106
ad Conuentus transferri nõ esse vigilantium deliria. 88
Coitus impotentes malefici varijs modis reddunt homines. 137
Comitis Argentinensis ex veneficio ligatus. pag. 138

Eiusque curatio. ibi.
Coeundi impedimentum cū vxore à caussis naturalibus non oriri. 139
Coitus cur respectu vnius, & non alterius aliquando præpediatur. 140
Cornelij sacerdotis ethnici ecstasis. 154
ad Conuentus sathanicos malefici corpore transferuntur, & quibus modis patefit. 158
Conuentus sathanici quibus in locis frequentes fiant. 162. 166
Corporis dispositio, & pręparatio in excitandis morbis vim maximam habet. 191
Coniugati libidinosi coitus impotentes, vel prole priuari ex veneficio solent. 192
in Conuentibus sathanicis quæ nam fiant. 159
Columnella laxata incantatione sarcit. 206
Coitus impotentia venefica quibus remedijs curatur. 245
Curatio veneficorum morborum triplex. 203
Curatio magica veneficorum morborum ex quibus constet. 203
Curatio humana veneficiorū quibus absoluatur. 203
Curatio magica fallax & incerta. 208
Curatio diuina veneficio affectorum, ac dæmoniacorum. 213
Cyprianus arte magica Iustinam virginem allicere non potuit. 194
Quomodo ad Christum conuersus ibid.
Cyclamini radix contra mala mediamenta. 197

D

Daemones ex Platone, ac Platonicis probantur. 13
Dæmonum ordo, & genera. 13
Dæmones, ac dæmonia Arist. cognouit, ac de eis mētionem fecit. 19. 20
de Dęmonib. Mercuri⁹. Trismegistus disputat. 17
de Dæmonibus, magica arte, magorumque operibus Porphyri⁹ multa disputat. 18
de Dæmonibus, ac veneficis Imblicus agit. 18
Dæmonum sex genera ex Psello. 18
Dæmones cur non admiserit Aristoteles. 20
de Dæmonibus quid sentiret Arist. nullibi explicauit nec aliorum philosophorum opinionem cōfutauit. 20

Dæmo-

Dæmones per præstantiorem scientiam philosophia probari. 22
Dæmones hominibus mala infligunt. 92
Dæmones corpora obsidentes an euacuata atrabile cedant. 104
Dæmones nituntur homines à Deo auocare. 115
Dæmones qua ratione ad veneficia conueniant & veneficiorum sint caussæ. 116
Dæmones quomodo rebus ad veneficia vtantur. 118
Dæmon cur velit ad veneficia signa apponi. 120
Dæmones maximam habent rerum naturalium scientiam. 123
Dęmonibus quomodo omnia corpora inferiora obediant ad nutum. 161. 177. 123.
Dæmonibus qua ratione veneficia exerceãtur. 124
Dæmon clauos, acus, & similia in corpora potest immittere, quorum aliquando è corporibus educuntur. 124
Dęmones cur plura adinuenerint pastionũ genera ineũda per maleficos. 130
Dæmones cur libentius venefici; opitulentur pro impedienda matrimonii copula. 135
Dæmon magis sollicitat in carnis peccatis. 135
Dæmon libero hominis arbitrio vim inferre non potest. 142
Dæmones phãtasiam variè afficere possunt. 142
Dæmones odium, & amorem inducunt & per se, & per maleficos 142
Dæmones qua ratione odium excitent. 145
Dæmones quomodo in hominis voluntatem agere dicantur. 147
Dæmones cur inter coniuges maxime odium excitare solent. 147
Dęmones possunt vere corpora assumere. 152
Quod, & varijs historiis probatur. 153
Dęmones quomodo corpora de loco ad locum trãsferant. 161
Dæmonis actio qua ratione fiat. 162
Dęmõis potestas ante Christi aduentum quæ. 163
Dæmonis varia nomina ab antiquis imposita. 163
Dęmonibus cum hominibus olim maxima intercessit familiaritas. 163
Dęmones vti equos alatos quãplures per aera portasse. 133
Dæmones ante Christi aduentum duplicem habebant manum. 163

Dæmones multa mala hominib⁹ brutis, ac cæteris rebus inferre posſũt. 164
Dæmones per ſe, & cooperantibus maleficis in corpora illabuntur. 167
Dæmones quo pacto moueant obſeſſi organa. 168
Dæmones plures qua ratione in eodem eſſe poſſint, & in quibus corporis partibus operentur. 168
Dæmones corpora hominum obſidere cur Deus permittat. 169
Dæmones per incubum, & ſuccubum venera cũ hominibus tractare. 169
Dæmones nonnunquam, inuitis quibuſdam puellis ſtuprum violentum inferre. 174
Dęmones aeris perturbationem, pluuiam, grandinem, ac fulmina efficere poſſunt. 177
Dæmones domum, montem, & ſimilia mouere poſſunt. 178
Dæmones humori melancholico facile commiſcentur. 211
Dæmoniaci cur in lunæ reuolutionibus maiorem moleſtiam quandoque percipiant 96
Dæmoniacus qui linguis alienis loquebatur, ſecreta detegebat, & medio maleficio erat arreptus. 101.
Dæmoniaci curati atrabile purgata. 103
Dæmoniaci plures à Domino noſtro ſanari. 107
Dæmoniaci quando difficile cognoſcantur. 187
Dæmoniaci quibus ſignis cognoſcantur. 187
Dęmoniaci duo, qui varijs morbis liborare eſt creditum. 41
Deus multa mala permittit, ac naturalia agere ſe cũdũ eorum naturam. 27
Deos morborum cauſſas non eſſe ex Galeno. 30
Deus veneficiorũ quomodo ſit cauſſa. 116
Deus ſinit hominem vt lubet delinquere. 116
cur Deus aliquos à ſenſibus abſtraxit. 158
Dentium dolores incantationibus mitigãtur. 206
Delirantium cauſſa, ac mores, quos ecſtaſim pati non eſt dicendum. 155
Per Diuinũ in morbis Hippocratem morbos veneficos ſeu eorum cauſſam indicaſſe. 28
per Diuinum in morbis quid intellexerint Antiquiores. 28
per Diuinum in morbis quid intellexerit Galenus. 30

Di-

Diuinum in morbis quid sit interpretandum ex re centiorum sententia. 31
Dies decretorij ad caussam diuinam referri non possunt. 30
Dioscorides venesicia fieri fatetur. 32
Diaphanum coloris species ad oculos defert. 67
Diomedis socij quo pacto in aues mutati dicantur. 152
Diuinũ in morbis ab Hippocrate dictum, dæmonium esse dicẽdum. 204
Diuina curatio veneficio affectionum, ac dæmonacorum. 214
Doctoribus Sanctis fides adhibenda. 11
Dolia miranda imbres, ac ventos emittentia. 41

E

ECheneis piscis remoratur naues. 77
per Ecstasim veneficæ experiũtur quę in ludis Sathanicis fiunt. 110 & 154
Ecstasim aliquam venesicæ patiuntur. 154
Ecstasis Cornelij Sacerdotis. 154
Ecstasis maleficarum nõ fit humana industria nec virtute plantarum, non ex melodia, nec ex morbo aliquo, vel medicamento, nec in somnijs. 155
Ecstasim veneficarum non esse in somnum. 157
Ecstasis quid sit ex B. Thoma, & alijs. 157
Ecstases Danielis, Petri, Ioannis, & Pauli, & Aliæ quales fuerint. 158
In Ecstasi maleficarum animas è corporibus exire & in ormis falsum ad Conuentus accedere est falsum. 158
Effectus qui ex cælestium obseruatione prægognosci possunt. 82
Elleborum album est vehemens notorium. 228
Elleborum album in paucis caussibus exhibẽdum. 182
Ellebori exhibitionem humorum præparatio præcedat. 230
Elleborum quibus non exhibendum. 183
Ellebori dandi modi tres probati. 231
Empusę quæ nã sint. 128
Empiemati succurrit suffitus. 238
Epilepsia non est morbus diuinus. 31
Epilepsia incantationibus curatur. 206
Eryphyla intuitu quæcunque animalia veneno afficiebat. 63

Ex-

Excantatrices qua ratione nūcupētur veneficę. 129
Excantatio antiquissimus est veneficij modus. 129.
Excātationum genera duo 129
Experimenta cognoscendi morbos veneficos 206
Exorcistæ remedijs medicinæ vtuntur. 211

F

FAuciū vlceribus fumigatio prodest. 238
Feles, qui videtur circa corpora maleficarum non esse earum animas, sed dæmones. 158
Ferrum corporibus inhærens incantatione educitur. 206
Febres incantatione sanantur. 206
Fel Coruinum ligatos adiuuat. 247
Felles quorundam piscium sterilitatem veneficā curant. 247
Felicis semen dæmones fugat. 109
Firmamentum est Corobo ris & diuinum 93
Feminas plures, quam masculos veneficiis incumbere. 198
Fecunditas veneficio adempti ex quo restituatur. 198
Fæniculum tuetur oculos ab ingressu dęmonis. 211
Franciscæ auctoris filiæ historia. 43
Franciscæ veneficium scribitur a Quillando. 43
Fruges pelli veneficiis. 180
Futurorum prædictionem ratione melācholicæ ac vaporum terræ fieri ex Aristotele. 100
Futura præsagiri vi quarūdam herbarum ac lapillorum. 101
Furta indicare aliqui profitentur. 176
Furnius qua ratione à calūnia veneficiis se vindicauerit. 180
Fulmina à maleficis excitari, & quomodo. 180
Fumigia, fumigatio, vidi litteram suffitus.

G

GAlenus inique damnauit Moisem, & Euangelistas. 28
Galenus cur in morbis causam diuinam aliquam inuenire non potuit. 32
Galenus vim incantationum, ac artium magicarum expertus, ac fassus est. 34
Galli obtutus timorem incutit leoni. 64
Galgulus auis ictērū morbum ad se trahit. 65
Gargareonis vlceribus fumigium prodest. 238

Gallico morbo qualia fumigia prosint. 238
Gagatem lapidem deprehendere sonticum morbum. 242
Genitalia præstigiose à veneficis auferi. 140
Genistæ flos est vehemens vomitorium. 218
goetia species est magię. 49
Gigantes per incubũ, & succubum natos esse. 139 & 171.
Gratianus de maleficijs, maleficis, ac eorum curationibus verba facit. 7
Grando sæuissima opera maleficarũ excitata. 179
Grauida mulier ex tactu maleficæ aborrit. 75

H

Halitus maligni, ac corrupti fascinare non possunt. 71
Hæmorrhides eum radice senectionis extirpantur. 204
Hermotimi animam vagari solitam commentitiũ est. 154
Hermogenes vinctus à dæmone p aera adducit. 164
Heroes antiquorum ex incubo, & succubo nati. 170
Hæresum auctores quã plures eodem modo nati 170
Herbæ paridis semen contra veneficia. 241
Hippocrates spretis medicinæ legibus, eas quæ ex religione erant, seruauit. 6
Hipp. in li. de sacro morbo de magica arte, de maleficis, ac eorum operationibus verba facit. 25
Hippoc. eodem in lib. de aliquibus instrumentis, ac superstitionibus ad veneficia, quibus vtuntur malefici nostri, mentionem facit. 27
Ex Historiis veritas rerum accipienda. 40
Historiæ variæ veneficiorum explicantur. 41
Historia mercatoris veneficio in pede affecti. 64
Hiæna canes obmutefacit, ac vim habet in alia animalia. 76
Hist. dęmoniaci à Fernelio. vidi dæmoniaci.
Hiænæ corium, ac sanguis fascino resistit, & magnorum artibus. 197
Homines sunt magis parati, quam mulieres ad melancholiã, & vesaniã 105
Homines ex naturæ proprietate veneficio afficere non possunt. 81
Homines ex propria nequitia veneficia inferunt. 81
Homo ad ciuilem societatem, & hominum caussa natus. 81
Homo cum omnibus creaturis participat. 85

Homines transferri ad ludos nocturnos esse quorundam melancholicorum somnia. 100
Hominibus tales læsiones inferri, quales in simulacris ceteris vel alijs à veneficis designantur. 120
Hominis libero arbitrio dæmonium non potest inferre. 142
Hominum trāsmutationes in brutorum formas cur aliqui negent. 147
Hominum mutationes in animalia esse apparentes. 148
Homines in lupos conuerti. 148
Homines cuiuscunq; ætatis, ac temperamentis sunt veneficiis obnoxii. 192
Homines probi, ac iusti ratio veneficijs infestantur. 192
Hominum tria genera, quibus venefici obesse non possunt. 193
Homines ex contemptu legis diuinæ, veneficijs sūt obnoxij. 194
Hordeolis oculorū carmina auxiliantur. 203
Hunni magicis artibus victoriam cōsequuti sunt. 179
Hypericum fugat dæmones.

I

Iamblicus de dæmonibus, ac veneficis agit. pag. 18
Iacobi cuiusdam vxor oppressa veneficio. 145
Iaculis interimere homines aliqui venefici sciūt. 181
Idolatriæ auctores plures ex incubo, & succubo nati. 170
Illyrij visu fascinant ac interimunt, & qua ratione. 63.72
Imperatores aduersus veneficos supplicia statuerunt. 14
Imaginationis mira vis, vt mirandi effectus ex ea fiant. 56
Imaginationem corpora alterare, & qua ratione. 57
Imaginatio potest externis corporibus varia mala inferre. 57
Imaginatio in externa corpora agere non potest. 57
Imaginationis potestas absque specie, & actu agere non potest. 57
Imaginationem ratione simulacri veneficia, & alia efficere non posse. 58
Imaginationis actus veneficium, nec quicquam aliud

liud simile facere potest. 59
Imaginatio vt talis in suo vel alieno corpore nihil immutare potest. 59
Imagines astronomicæ damnantur. 121
Imagines astrologicæ nullam vim sortiuntur à cælestibus corporibus. 121
Imaginibus cereis qua ratione malefici abutantur. 144
Inquisitorum facultas aduersus veneficos. 7
Innocentius Octauus omnia fere veneficorum scelera explicat, ac detestatur. 8
Inquisitoribus circa veneficia maxima est adhibenda fides, & qua ratione. 53
Inuidia veneficorum contaminat corpus aliorū. pag 65
Intelligentiæ cælestes veneficiorum causæ nō sunt. 99
Insomnia cur sint animaduertenda. 107
Instrumenta veneficia nihil agere possunt. 119
Pro Instrumentis veneficis quænam in vsu veniāt. 119
Instrumenta malefica quibus in locis abscondantur. 120
Instrumenta venefica ab ægrotantibus electa, sūt vera. 125
Incantatrices qua ratione vocentur veneficæ. 129
Incubi, & succubi quibus nominibus nuncupati. 169
Incubi, & succubi quomodo prolem gignere possint. 169
Incubi, & succubi an reuera sint, vel somnia sint. 170
Incubi dusii dicti vnde dicantur. 170
Incubo fauonus Ficarius dictus. 170
Incubus theologorum differt ab incubo medicorum. 172
Incubus medicorum quid sit. 174
Incubus theologorū quid sit. 174
Incubus morbus à quo nomen sumpserit. 174
Incubus medicorum an sit dæmon folletus dictus. 175
Insūstabiles aliquos seipsos præstare. 181
Incantationibus morbi curantur. 202
Instrumenta venefica perquirere est fas. 214
Ioannes XXII. artem vene-

neficam, veneficosq; exagitat. 8

B. Ioannes Chrysostomus potiones, ac vocem veneficorum fugiendas esse scribit. 12

Ioannes Fernelius in morborum veneficorum tractatione omnes medicos superauit. 40

Ischiadici incantationibus curantur. 203

Iuris pontificij peritis de frigidis, ac maleficiatis agunt. 12

Iura cæsarea veneficia esse probant. 14

Iustinianus contra veneficos pœnas statuit. 14

Iuuenculæ quædam cur ad veneficia cõfugiant. 126

Iuuenis quidam mutone priuatus, ac restitutus. 140

Iuuenis qui ex veneficio maleficam adamauit, & vxorem reliquit. 145

Iuuenis in asini formam mutatus. 151

Iusti raro veneficijs infestantur. 192

Iudices qui nam à veneficijs immunes sint. 193

Iustina virgo à veneficiis Cypriani euasit. 194

Iua valet ad veneficia. 243

L

Laodicenum Conc. maleficos clericos ab ecclesia proijcit. 6

Laminæ metallicæ vsus in veneficiis. 121

Latrocinium in viro facilius inuenitur quam veneficium. 127

Lamiæ qua ratione vocentur veneficæ. 128

Lamiæ quæ nã essent apud antiquos. 128

Laruæ quid fuerint. 129

Lapis calamita ad detestandos vsus vsurpata. 145

Lapis quidam Nili facit ad vexatos dæmonio. 201

Latyris vehementer per superiora purgat. 228

Leo X. supplicia imponit veneficis, ac tribuit facultatem inquisitoribus contra eos. 6

Leoni timorem incutit obtutus galli. 64

Lemures quid fuerint. 129

Legis diuinæ contemptus veneficiis obnoxios facit. 194

Lentopodii radix ad amatoria prodest. 196

Libertinum Conc. maleficis communionem interdicit. 6

Librum de sacro morbo esse Hippocratis germanũ pag.

pag. 27
Lippitudo solo intuitu cōtrahitur. 65
Lippitudine laborans in alios malum iaculare potest. 71
Lingua aliena loqui ratione melancholiæ fieri. 100
Lingua aliena loquentium historiæ 101
Lingua aliena loqui, nec p atrā bilem, nec per vim imaginandi, vel per halitus fieri potest. 105
Ligatura quid sit. 135
Ligatura est antiquissimū veneficium. 137
Ligaturæ veneficium ex historiis, ac legibus probatur. 137
Linimentis quibusdā vtuntur Exorcistæ. 211
Lucianus aperit quanta vis insit arti magicæ, & quot portenta ex maleficis exoriantur. 48
Lupus ei adimit vocem, quem prior videt. 64
ad Ludos nocturnos homines per aera transferri esse melancholicorū somnia. 100
ad Ludos nocturnos deferri non esse insomnia. 107
in Lupum qua ratione mutabatur vnus ex Antyi populo forte electus. 149
Lupinam insaniam differre ab apparenti transmutatione in lupi figurā. 149
Ludi sathanici quibus in locis sint frequentes. 164. & 168.
Lucretia lamia cum per aera deportaretur, auditu campanæ à dæmone deseritur. 167
Lupi rostrum, vel corium veneficiis resistit. 197
Lumbrici incantationibus intereminuntur. 203
Lychantropiam non esse transmutationem in lupi formam. 149
Lycaoem non esse transmutationem in lupi formā. 149

M

Aleficæ, Maleficia, vidi Veneficæ, ac Veneficia.
Malefici cur dicantur. 49
Magicæ artis origo, ac illi⁹ species. 38
Magi leconomātici qui. 48
Magiam esse artium omniū portentissimam. 49
Magia duplex. 49
Masculi minus incumbunt veneficiis. 126
Magæ cur veneficæ dictæ. 128
Marmulyciæ quæ nā sint. 129
Magicæ artes vnde ortum habuerint. 130

Magisterulus, seu Martinellus maleficarum qui nam sit, & quæ illis præstet. 133
Matrimonii copula impeditur dæmonis opera. 136
Maleficii ex veneficio signa. 191
Magica curatio veneficorũ quibus constet. 201
Magicæ cum radice senecionis extirpantur. 204
Magica curatio veneficiorum fallax & incerta. 205
Medici in quibus christiane, & non medice loqui debent. 5
Mercurius Trismegistus de dæmonibus disputat. pag. 17
Medici recentes venefitia esse fatentur, & qui sint. 27
Mẽstruus sanguis est virus potentissimus, ac maxime exitialis. 81
Menstruus sanguis qualis sit, & qua ratione nox. 85
Melancholica delirameta sunt multiformia. 107
Melancholiæ morbo obnoxii. 108
Melancholici quales sint. 108
Medicamenta mala causæ veneficiorum. 118
Medici specificam veneficii affectionem certo scire non possunt. 119
Metallorum cuique planetæ singuli præsunt. 121
Metallicæ laminæ insculptæ vsus in veneficiis. 121
Metalla alicubi opera dæmonum erui. 132
Menstruus sanguis ad amorem cogit. 145
Menti raptus veneficarum, qua ratione fiat. 155. & 156.
Mentis raptum non esse insomnium. 156
Medici malefici quam plures. 207
Medicina labefactata ex magica arte, ac remediis vanis defœdata. 208
Medicum nullũ posse exacte morborum curam instituere. 212
Medicus, esto quod rerum omniũ esset gnarus, maleficio affectos curare non potest. 212
Medicamentum præcedere debet humorum præparatio. 230
Michael Psellus dæmonũ genera, ac vim veneficiorum, & quid sint explicat. 18
Miracula sacrarum litterarum verissima esse, quãuis principijs Arist. contra-

tradicant. 23
Miraculum quo inuentum est principium veneficii sagittarii. 181
Mitridatium morbis veneficis prodest. 208
Morbos veneficos re uera esse probatur. 2.& 5
Morbus sacer cur dicatur sacer. 25
Morbũ sacrum esse à Deo, cur magi imponerẽt plebi. 25
Morborum caussam nõ potest esse Deus. 28
de Morbis veneficis Io Fernelius vberius, quã omnes alij medici, egit. 40
Morbi contracti visu, & ex halatione non venefici sed contagiosi dicendi sunt. 71
Morbi quibus vt plurimũ maleficio affecti laborare consueuerunt. 184
Morbi an sint venefici modis superstitiosis indagantur. 185
Moly herba veneficia arcet, & magicas artes. 197
Morbi an sint venefici experimenta quędam. 198
Morbi naturales vocati à veneficis sanantur. 203
pro Morborum curatione quot sint cognoscẽda. 212
Morbi qui per vomitum curantur. 217
Multa esse possibilia, & re uera esse, quorũ caussæ ignorãtur. 23
Mulieres mẽstruatæ inficiunt specula. 65
Mustella irios bufforis se deuorandam inuehit. 73
Mulier grauida ex tactu maleficæ abortit. 74
Mulier ex tactu ventris in sæuissimos dolores incidit, & qua ratione curata sit. 74
Mulierum menstruę purgationes perniciosæ. 81
Mulieres sunt minus paratæ ad melãcholiam. 106
Mulierum natura, ac mores. 123
Mulier sine viro concipere potest. 170
Mulier germana famosissima in soluendis veneficijs. 207

N

NAuarrus probat sanitatem, vel morbum ex maleficis vi tantũ dæmonis fieri. 14
Naturæ secretiora incognita esse. 23
Nauium retentio quibus caussis ascribi possit. 79
Narcoticorum effectus, à quibus ecstasis non fit. 156
Naturalia remedia qua ratione veneficia curent, &

energumenos iuuēt. 211
Neuros in lupos mutari, & in pristinā formam reuerti quomodo fiat. 154
Nicolaus Myrepsius magica, ac superstitiosa in cōpositionibus miscet. 206

O

OBsessam quandamā à dæmonio ex utero laborare erat opinio. 41
Obsessi vidi dæmoniaci.
Oculi affectum animi indices. 62
Oculos veneficos aliqui habent. 62
Oculi inuidorum alios cōtaminant 65
Oculus facultate duplici donatus. 65
Oculus propter quæ à natura factus. 65
Oculus vim fascinandi nō habet. 95
Oculi quorundam veneficorū qua ratione fascinent. 71
Occultorū prædictionē fieri ratione melāchohiæ, ac vaporum terræ. 102
Occultorū prædictionem fieri ratione herbarum, ac lapillorum quorundam. 102
Ocrisia fine viro concepit. 171
Odium dæmones vel per se vel per maleficos inducunt. 142
ad Odium excitādum quibus rebus vtantur malefici. 144
Odium inter coniuges cur potissimum dęmones excitent. 147
Oliuetum in alteram viæ publicæ partem translatum. 180
Oleum pro linimentis in morbis calidis & frigidis quale esse debeat. 239
Oleum omphacinum quibus in casibus iuuet, & in quibus obsit. 239
Oleum simplex pro potu quibus in casibus conueniat. 239
Oleum pueris ęgrotantibus tutius exhibetur. 239
Oleum ex gagate dęmoniacis salubre. 241
Omagium præstare quid sit. 135
Optalmia solo intuitu contrahitur. 65

P

PActionum plura genera dæmones adinuenerunt. 130
Pactum tacitum, & expressum quod nam sit. 130
Paciscendi, ac profitendi expressus, ac solemnis

mo-

modus. 132
Palmarum lignũ in pomo fascino resistit. 197
Paridis herba contra venefìcia remedium est. 241
Palma Christi venefìcia, ac dæmones pellit. 242.
Peccatores grauissimi omnium maximè veneficiis afficiuntur. 192
Pendactylon ad dæmonia valet. 201
Peonia venefìcia, ac dæmones expellit. 201. & 242
Penna oleo intincta nõ est vomitorium. 227
Philosophi antiqui cur varias habuerint opiniones veneficiorum. 2
Philosophi in quibus Christiane, & non philosophice loqui debent. 5
Pharmateutryæ, seu Pharmacides cur veneficæ dicantur. 129
Phantasiã dæmones variè afficere possunt. 142
Phreneticorum caussa, ac mores, quos ecstasim pati dicere non possunt. 155
S. Philippus per aera in Azotum translatus. 164
Pinterni ærei calices in girum circumferentes. 41
Picus rex in auem mutatus. 124
Picus auis maleficio affectos soluit. 243
Platonis, ac Platonicorum laudes. 16
Plutarchus medicus fuit. 37
Plinius de origine artis magicæ, ac illius speciebus agit. 37
ex Planetarum obseruatione venefìcia inferri. 91
Pluuia diluuio similis à maleficis excitata. 180
Porphyrius disputat de dæmonibus, magica arte, ac veneficorum operibus. 17
Poetæ nihil effinxerũt qđ apertè à veritate sit alienum. 45
Poetæ opera veneficorum scribunt, & probant. 45
Poeticæ laudes. 45
Præsbyter quidam in vanum medicis remediis expertus, arte exorcistica curatur. 43
Professio tacita & expressa maleficorum quæ. 130
Præstigiatores mira faciũt. 150.
Præseruatio à veneficis morbis. 196
de Præseruatione antiquorum remedia. 197
ad Præseruationẽ quibus remediis sit vtendum. 198. 199
Prassinum ad venefìcia vsurpatur. 242
Psyllorum corpora virus exi-

exitiale serpentibus habent, & qua ratione. 81. & 118
Pueri oculis irati hominis aliquando læduntur. 72
Pudendum virile quomodo dæmon in auferre dicatur. 141
Puella edocta à matre concitandi pluuias, ac grandinem. 179
Pueris oleum tutius exhibetur. 238
Pygmalionis amor infandus in statuam. 143

Q

QVi nam à dæmonibus per aera fuerint translati. 165
Qui nam sint, qui veneficorum laqueos euadunt. 195
Quercus ad veneficium venatorium dirimendum. 198

R

RAmnus veneficia arcet. 197
Rerum omnium rationes adipisci non possunt. 1
Remora piscis sistit naues. 77
Res, quę per vomitum, vel per secessum à fascinatis emittuntur, an veræ species, ac naturales sint. 124
Remedia medicorum an venefico morbos, ac dæmoniacos curare possint. 209
Rubetæ ossiculum amotē, iurgia, ac venerē ad stimulare, ac prohibere. 198
Ruta pueros à veneficijs defendit. 210
Ruta veneficia, ac dæmones depellit. 240

S

SAnguis menstruas, vide Menstruus.
Sagæ quorum nam sint, & cur ita dicātur veneficę. 128
Salomonis clauiculæ in detestandos vsus. 145
Sacerdos calamensis seipsū à corpore auocabat. 154
Sabinus quidam ad ludos nocturnos relatus. 167
Sagittarij malefici qui. 181
Saphyrus veneficio resistit. 198
Sanguis pluens incantatione cohibetur. 201
Sagittæ corporibus inhærentes incantatione educuntur. 202
Sanitatis recuperandæ gratia, an liceat ad maleficos confugere, & eorum remediis vti. 208
Sacerdos exorcista ob suā

artem in carcerē coniectus. 213
Saluia veneficia depellit. 242
Scripturæ sacrę omnino fides adhibenda. 5
Scylla veneficorum noxā expellit. 197
Serpens quercus frondibus cōtactus moritur. 77
Sermone alieno loqui, vide lingua.
Simpathiæ, & antiphatiæ maximæ ius in rebus. 78
Siderum obseruatione veneficia perficiuntur. 90
Simon magus ad aerem sublatus. 164
Signa communia veneficio affectorum. 183
Signa præcedentia dæmonis ingressum in corpora. 190
Signa dæmoniacorum. 189
Somniorum appparitiones qua de caussa fiant. 148
Scordiculæ in oculos ingressæ carminibus eruntur. 202
Sonticus morbus qui nam sit. 241
Speties non est res, sed rei vestigium. 68
& Spirituum ab oculis emissione veneficium nō inferri. 68
Specula qua ratione maculas contrahant à menstruatis mulieribus. 73
Spartium est vomitorium vehemens. 228
de Strigabus Quintus Serenus agit. 38
Statua Memnonis hominū more loquebatur. 41
Stellæ maleficæ non sunt appellandæ. 94
Striges quæ de caussa nominentur veneficæ. 129
Strimagæ cur nuncupentur veneficæ. 130
Sterilitatem in mulieribus, ac brutis veneficæ inferunt. 141
Stabulariæ quædam mulieres hospites in iumenta conuertebant. 152
Sterilitas venefica quibus profligetur. 243
Succubi, lege incubi.
Suffumigationem in religione nostra pręcipuum habuisse locum. 210
Suffitibus vsi sunt Idolatrę, ac Magi. 210
Suffumigia antiquiores medici vsurparunt. 211
Suffumigiorum materia. 211.
Suffumigia quibus morbis succurrant. 211
Suffumigia ad veneficia, ac dęmones depellēdos. 212
Suffumigia non adhibenda nisi corpore purgato. 212
Suffumigia quæ mala facere possint. 238

Sulphur in religionibus locum habuit. 242
Summistæ probant veneficia esse in rerum natura. 14
Superstitiosa quæ nã sint. 11

T

TActu veneficia inferuntur. 75
ex Tactu maleficæ mulier quædam abortiit. 75
ex Tactu maleficæ alia mulier in maximos dolores incidit. 75
Tactu solo veneficia inferri non possunt. 77
Taciturnitatis veneficium quomodo deprehendatur. 135
pro Taciturnitate paranda stigma quoddam imprimitur. 135
Taciturnitatem sibi, ac aliis aliqui inferre sciunt quęstionibus expositi. 142
Testudines oculis fœtus excutiunt. 65
Testudines oculis non excutiunt fœtus. 73
Theologi veneficia reipsa in rerum natura esse affirmant, ac probant. 11
Theologis sacris fides adhibenda. 11
S. Thomas contra negantes veneficia. 12
Theophrastus veneficia, & excantationes fatetur. 35
Theurgia magiæ species. 50
Tibij quomodo oculis mala inferant. 72
Thesauros indicare aliqui profitentur. 176
Theriaca veneficis morbis prodest. 211
Theriaca cum hypericone veneficia curat. 243
Tibii miri fascinatores. 64
Trypodes lapidei sua spontè moti. 41
Triballos visu effascinare, ac interimere. 64
Triballi qua ratione visu mala inferant. 72
Torpedinis marinæ mirabilis natura. 76
Transmutationes hominũ in varias formas cur aliqui negent. 147
Transmutationem corporum in varias formas in seipsis, ac aliis malefici experiuntur. 147
Transmutatio corporũ quęnam sit. 148
Transmutationes corporũ quot modis fiant. 148
Transmutationem in lupi formam, non esse lychãtropiam. 149
Turonensis synodus excantationes, & curationes maleficarum detestatur. pag.

pag. 7
à Turcarum, ac Maurorum verbis cauendum. 90
Tussi antiquæ fumigia auxiliantur. 238
Tussilago veneficia expellit. 242
Tythymalum est vomitorium vehemens. 222

V

VApores putridi, ac corrupti fascinare non possunt. 71
Veneficas, ac veneficio affectos in rerum vniuersitate reperiri probatur. 1
Veneficia non sunt neganda & si eorum caussæ laterent. 1
Veneficiorum varias opiniones cur antiqui philosophi habuerint. 2
Veneficos, ac veneficia esse ex sacris litteris probatur. 2
Veneficia esse ex sancta ecclesia probatur. 5
Veneficia ex variis Conciliis probantur. 6
Veneficia ex iuribus Canonicis, ac Pontificiis constitutionibus probantur pag. 7
Veneficæ ab Inquisitorib⁹ plectuntur. 54
Veneficia ex iudiciis Inquisitorum probantur. 54
Veneficia re ipsa esse S. Doctores, ac Theologi affirmant. 11
Veneficia reperiri in mundo probant Summistæ. 13
Veneficia esse, Iura cæsarea probant. 14
Veneficia reperiri Platoné, ac Platonicos probare. 17
Veneficia Romani interdixerunt, ac pęnas statuerunt. 15
Veneficia, ac Dæmones cognouit Aristoteles, & si ex eius doctrina probari non possint. 19
Veneficia eorumque caussas Medici fatentur. 24. 25.
ad Veneficia quæ possint 37
Veneficorum operationes ex historiis patefiunt. 40
Veneficorum vanæ historiæ explicantur. 41
Veneficorum opera à poetis scribuntur. 45
Veneficia ex variè scribentibus patefiunt. 46
Veneficas esse ex communi gentium, ac Populorum voce patefit. 51
Veneficium quid sit ex aliorum sententia. 56
Veneficium non infertur ex emissione spirituum

ab oculis. 69
Veneficia ex visu prodeuntia qua ratione fiant. 70
Veneficia solo tactu inferri non possunt. 77
Venefici per disciplinam adiscunt fascinare. 83
Veneficia ex planetarum obseruatione inferri. 92
Veneficia à cælo, ac cælestibus corporibus, eorumque obseruatione non possunt. 92
Veneficiorum auctores intelligentiæ cælestes non sunt. 99
Veneficorum effectus à melancholia ortum ducere non possunt. 104
Venefici corruptam non habent imaginationem, nec delirant. 106
Veneficorum mores 109
Veneficæ per somnium, ac mentis excessum sciunt, ac experiuntur ea quæ verè in ludis nocturnis fiunt. 109 156
Veneficij recta definitio, & eius explicatio. 110
Veneficiorum caussę externę, & internæ. 115 127
Venefica instrumenta nihil agunt. 119
Venefica instrumenta quænam sint. 119
Venefica instrumenta quibus in locis abscōdātur. 120
Venefica instrumenta qua ratione ad veneficiū conueniant. 120
Veneficia ratione imaginū vel characterem non fiunt. 121
Venefici effectus qua ratione à dæmone exerceantur. 129
Veneficijs plures mulieres, quam viros operam dare. 126
Veneficæ vetulæ quibus artibus iuniores alliciant. 126
Veneficiorū denominatio potius à mulierib⁹, quā à viris desumitur. 127
Veneficæ cur dicā ur. 128
Veneficia quomodo ortum duxerint. 129
Veneficorum aliquorū oculis cur vanæ inditæ sint figuræ. 130
veneficorum expressa professio, quæ. 130
veneficæ quibus in locis frequentes sint. 131
veneficæ nonaginta, igni adiudicatæ. 131
venefici quidam stigma habēt p taciturnitate. 132
veneficium legaturam dictum probatur esse & antiquissimum. 136
veneficio pro impedienda generatione qui nā magis subijciantur. 136
veneficas aliquas à sensib⁹ abstrahi. 152

Ve-

Veneficas corpore transferri ad ludos nocturnos. 159
Veneficæ quid agant in cõuentibus illis. 159
Venefica filia puerum natũ ex matre excepit, ac dæmoni obtulit. 160
Veneficorum translationẽ ad ludos nocturnos esse quid imaginandi, & non reale. 160
Veneficarum, aliorumque rerũ corpora reuera ad loca remotissima transferri à dæmone, & qua ratione. 160
Veneficorum aliqui profitentur thesauros, furta, ac amissa indicare, prætertita, ac futura prædicere. 177
Venefici quidam ex quibusdam iudicant de agendis bona vel mala sint. 141
Venefici pluuias, grandines, & similia concitare sciunt. 177
Venefici quidam in Arunca pluuiam diluuio similem, olim excitarũt. 179
venefici alienos fructus diripere, vel aliò transferre possunt. 179
venefici quidam sagittis quoscunque velint interimunt. 180
veneficus quidam profitebatur singulis dieb⁹ tres homines iaculis transfigere posse. 180
veneficio affecti quibus signis cognoscantur. 182
venefici morbi qui nã sint, qui vt plurimum vagantur. 183
venefici effectus, ac symptomata difficilè cognoscũtur. 183
veneficio affecti quibus experimentis cognoscãtur 184
veneficiis raro implicãtur iusti, ac ꝓbi hões. 192
veneficorum morborũ præseruatio, & quomodo, & quibus remediis fiat. p. 199. & 201.
veneficorum morborum curatio triplex. 203
veneficorum magica curatio. 203
veneficiorum humana curatio. 203
veneficorũ, ac dæmoniacorum curatio. 203 & 213
veneficos varios esse varia profitẽtes, ac varios morbos curantes. 195
venefici morbos naturales etiam curant. 206
ad veneficos confugere pro sanitate recuperanda, ac eorum remedijs vti, an liceat. 267. 216
venefici morbi an remediis & medicamẽtis medicorũ possint ꝓfligari. 208.

Veneficiorum instrumenta quibus in locis perquirenda. 214
Veneficos morbos, ac venefícia non posse depelli; nisi ex scientia artis veneficæ falsum esse. 217
Veneficiis aduersantia medicamenta recensentur. 241
Verbis animalia bruta retardantur, ac capiuntur. 87
Verbis equi, ac Tauri furibundi domantur. 87
Verborum tria genera. 88
Verborum, ac Vocum vi veneficia inferri nō possunt. 88
Verba, ac voces vi veneficia carent, & sunt tantū veneficiorum signa, ac pacta 88
Verba Maurorum, ac Turcarum sunt vitanda. 91
Veneris impotentia venefica pluribus modis contrahitur. 136
Veneris impedimentū cum propria vxore à quibus caussis fiat. 136
Venereus actus cur respectu vnius, & non alterius mulieris præpediatur. 140
ad Venerem homines variis artibus dæmon sollicitat 144
Veneris impotentia venefica quibus signis cognoscatur. 190
Verbenaca, seu Verbena ad veneficia valet. 241
Visu veneficia inferri est manifestum. 66
Visu an spirituum emissione, vel specierum receptione fiat. 66
ad Videndum duo necessaria. 66
ex Videndi obiecto veneficia originem non ducūt. 66
ex Videndi potestate veneficium inferri nō potest. 67
Visio non fit spirituū emissione. 68
Visu contracti morbi non venefici, sed contagiosi sunt. 71
Vipera arundine percussa torpet &c. 77
Vlissis socii in bestias mutati. 152
Vocis organa, & formatio. 86
Voces, ac Verba veneficiorum caussas esse. 86 & 87
ex Vocibus, ac Verbis multa miranda proueniunt. 87
Vocibus inest virtus persuadendi. 87
Vomitiones conquiescere incantationibus. 203
Vomitu multi rebelles morbi profligantur. 224

Vo-

Vomitoria antiquorum vt plurimum vitanda. 224

Vomitus quibus naturis, & morbis non conueniant. 225

Vomitus an vtilior æstate vel hyeme, vbi dicta Hippocratis inuicem pugnantia conciliantur. 226

in Vomitu ciendo plura animaduertenda. 226

Vomitoria esse in triplici differentia. 226

Vomitoria leuia, ac facilia quæ. 226

Vomitum leuem cientium quantitas, ac dosis. 227

vomitoria medioeria quę, & eorum dosis. 227

Vomitoria vehementia enumerantur, & eorum quantitas explicantur. 228 229

Vomitoriis leuibus, ac mediocribus crebrius vtendum, vehementioribus raro. 229

Vomitorium exorcistarum examé, & eorum errata aperiuntur. 230

Vrinæ suppresio est grauissimum malum. 142

Vrinæ suppresio ex veneficio fit. 142

Vrticæ semen est validum vomitorium. 229

Finis Indicis.

Veneficiorum instrumenta quibus in locis perquirenda. 214
Veneficos morbos, ac venesicia non posse depelli; nisi ex scientia artis veneficæ falsum esse. 217
Veneficiis aduersantia medicamenta recensentur. 241
Verbis animalia bruta retardantur, ac capiuntur. 87
Verbis equi, ac Tauri furibundi domantur. 87
Verborum tria genera. 88
Verborum, ac Vocum vi veneficia inferri nõ possunt. 88
Verba, ac voces vi veneficia carent, & sunt tantũ veneficiorum signa, ac pacta 88
Verba Maurorum, ac Turcarum sunt vitanda. 91
Veneris impotentia venefica pluribus modis contrahitur. 136
Veneris impedimentũ cum propria vxore à quibus caussis fiat. 136
Venereus actus cur respectu vnius, & non alterius mulieris præpediatur. 140
ad Venerem homines variis artibus dæmon sollicitat 144
Veneris impotentia venefica quibus signis cognoscatur. 190
Verbenaca, seu Verbena ad veneficia valet. 241
Visu veneficia inferri est manifestum. 66
Visu an spirituum emissione, vel specierum receptione fiat. 66
ad Videndum duo necessaria. 66
ex Videndi obiecto veneficia originem non ducũt. 66
ex Videndi potestate veneficium inferri nõ potest. 67
Visio non fit spirituũ emissione. 68
Visu contracti morbi non venefici, sed contagiosi sunt. 71
Vipera arundine percussa torpet &c. 77
Vlissis socii in bestias mutati. 152
Vocis organa, & formatio. 86
Voces, ac Verba veneficiorum caussas esse. 86 & 87
ex Vocibus, ac Verbis multa miranda proueniunt. 87
Vocibus inest virtus persuadendi. 87
Vomitiones conquiescere incantationibus. 203
Vomitu multi rebelles morbi profligantur. 224

Vo-

Vomitoria antiquorum vt plurimum vitanda. 224
Vomitus quibus naturis, & morbis non conueniant. 225
Vomitus an vtilior æstate vel hyeme, vbi dicta Hippocratis inuicem pugnantia conciliantur. 226
in Vomitu ciendo plura animaduertenda. 226
Vomitoria esse in triplici differentia. 226
Vomitoria leuia, ac facilia quæ. 226
Vomitum leuem cientium quantitas, ac dosis. 227
vomitoria medioeria quę, & eorum dosis. 227
Vomitoria vehementia enumerantur, & eorum quantitas explicantur. 228 229
Vomitoriis leuibus, ac medioc ribus crebrius vtendum, vehementioribus raro. 229
Vomitorium exorcistarum examé, & eorum errata aperiuntur. 230
Vrinæ suppresio est grauissimum malum. 142
Vrinæ suppresio ex veneficio fit. 142
Vrticæ semen est validum vomitorium. 229

Finis Indicis.

Errata corrigenda.

Codronchij, Codronchi pag 4 lin 22 galatæ vos. leg galatæ suis vos pag 5 lin. 23 cum deceat l cum non deceat p. 6 l 21. Pontesicijs l. Pontificijs p 11 l 19 disciplinæ l. disciplina p. 12 l 21 morborũ. l verborũ p 14 l 5. Deceiuraliũ l Decẽviraliũ p 17 l 2 ianius l iannis p. 17 dispiciant l. dispiciãt. l 13 veneficiũs l. veneficio p 10 l. 27 pzobaueris l probaueris. p. 20 l 7 quod l. quid p. 20 l. 5 in margine adde lib. 5. phys. & 12 metaph. p 22 lin. 25. ipse vt, l. vt ipse p. 24. lin. 19. ire l. iter p. 24 l. vlt scientiæ l scientia p 25 l. 10 medicus. l medicis p. 26 l 9. morborum l morbum p 27 l 26. gratiæ l gratia. l 31 sicueris l siuerit p 28. l 30 prognost. in margine adde sex & com. 4. l. 33 in marg 2 prog. l. 1. pregn p 29 l 37 visi l nisi p 34 l. 25 imprimis l. primi p. 35. l. 2. adde in margine. cap. 12 p 36 l. 17. concepit l. concedit p 37 l 24. disciplina. l. disciplinæ p 40 l 20 cum l. cum p 41 l penult quem l quam. p 43 l 28. Quipropter. l Quapropter p 44 l. 31. professione. l professionis p 45. l. 19. voco effinxerunt l vero quæ effinxerunt p 46. l. 11. oraculi l oraculis l 18 stransfiguratione l trãsfigurationes p. 51. l. 26 negandus l negandum. p. 53. l. 9. ne, ac. p. 56 l 18. voluerint l voluerunt p 65. l. 14 morietur l morietur l 25 veneficium l. veneficum. p 71. l. 17 halitum l. alitũ. p 73 l 18. sed his. l sed ex his p 74. l. 27 iures l. vires p 75. l. 29 possit. l posset p 77 l 7 vres l vires. p 70 l 4. infesta l. infestat p 79 lin 21. maxima l. marina p 82 l 5 venena. l venerea l. 18. hæc l. hac. p 83 l 21. pessimas. l pessimam p. 84. lin. 27. agendi. l faciendi p 66 lin. 22. falsam erit. l falsum erit reiciendum p 88 lin 14 quorunque modo. l quocunque enim modo l 29. Plinius adde in margine lib. 28 cap. 2. p 91 l 3. & ab. l. & ideo ab. l 29. planeta l planetæ. p 92. l 2 multiformis. l multiformes l 6. cælestibus l. cælestium l 16. dæmonis l. dæmones l. vlt deficere l defuere 99. l. 13 alijs, alij p 100. l. 17. verissimo, verissime l 30 hicticis hecticis p 102 l 5. impressione propulsati. ingessione propulsate 103 l 13. Panasæum, Panasæum p 105 l 31 suno succo. 107 l. 24 suui, succi pa. 110. l. 12. inficiat. inficias p. 114 l penult cognoscantur, cognoscantur. & amoueantur p 118 l 5. determinara, determinata l 9. marenus marinus l. 15 nouerint, nouerit p 119 l 18. deletorijs, deleterijs l 20 genus genere. p. 120 l 5. consueuere, consuere l 15 lineis, linteis p. 121. l. 6 planetum, planetam, 124. l 22.

Errata corrigenda.

l. 22. oesophagum, œsophagum p 126. l 15 in lure . in viro p. 129. l. vlt ea sic p 130 l 21 ad veneficia, ad venefica p. 131 l. 12. alio aliæ p. 155 l. 5 reedit, reddit. p 156 lin 10. amici... amicitijs. l. 17. intaturas, iniciaturas p 137 l 18 viros, viro. p. 140 l. 24 hæc, hoc p 142 l 15 funguntur, funguntur 144. l. 10 bussolem, bufonem p 151 l 5 posse. posset. in margine c. 6. & 10 & 18 c. 6 17. & 18 p 152 l 10. annulli, nonnu li. p. 154. l. 23 Hermotomi clatomenij, Hermotimi claromenij. p. 155 l. 11. latius latuit l 20 in margine adde l 8. Peli ca vlt. l. 27. cnausam, ecstasim, causam ecstasis 156. l 18 deo ideo p. 159. l 10 is, eis l penult. condaue, conclaue. 160. l 1 obstetrim, obstetricem p. 162. l 26. Tynadate, Tyriadate p 163. l 29 Olo nuc, Oloaut p. 164. l. 21 addartum adaucitur lin. 21. Thunæ, Thuriæ. l. 22 Crotemon, Crotonem p. 165 l 2 num ne, num re. 166. l. 25 illabantur, illabuntur p 167 l 18 altus alios p 168. l. 2 tretare, & qua tractare sobolem procreare, & l 3 d fe-rat differat. p. 176 l. 30. Apellenis Apellinis p. 177. l. 19. sed vim sed vei p. 179. l penult. Aruuca, Arunca l vlt tene-retur, tenerentur. 180. l 9 est, isti l 19. ab calumnia, ab hac calumnia p. 181 l. 8 nisi, visi 182 l 14. venefi ijs venefici. p. 189 l 28. epilepsia epilepsiæ. p. 191 l. 14 nectricis nutricis. l 21. vero magis, vero alteri magis l 22. caritate raritate l. 23 tixturæ, texturæ p. 196 l vlt explicari, explicare p 197. l. 6. Styllam, Scyllam l. 19. hyerm hyenæ p 198 l 9. chrysan themnoa, chrysanthemnon l 23 catholitis catholitis l 27 fe-licis, filicis. l 31 dexteræ, dextero. p 200 l. 5. inuadit, inua-dunt. p 202 l 2 Stoboro, Stobæo. l 20. Pendatsilen. Pendas-silon p. 205. l 7. vocant, curans p 206 l 5. Dæmoniania, Dæ-monomania p 208. l. 17 tame, tamen p. 211. lin 33 dæmonis, dæmones. p. 217. l 30. veneficij, venefica p. 225 l 19 purgatio nis, purgationes l vlt. euellere, reuellere. p. 226. l. 33. & 34. Styllitìcum, Scylliticum p. 227 l 4 e vero. 8 vero p. 230. l. 2. medio in, medeocri p. 236. l 16 halita, habita p. 237 lin. 29 Phymiamata, Thymiamata. p. 241. l. 18 ipsum, ipsam. p. 247. l. 2. Hinemarus, Hincmarus.

LAVS DEO.